

DEFENSIO

LIBRI DE GRATIA PRIMI HOMINIS

A

REVERENDISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO ROBERTO BELLARMINO S. E. R. CARDINALE AMplissimo conscripti

CONTRA

Castigationes & explanationes DAVIDIS PAREI Professoris Heidelbergensis.

Auctore

R. P. ADAMO CONTZEN

SOCIETATIS IESV THEOLOGO & Sacrarum litterarum Professore Ordinario in Archiepiscopali Academiâ Moguntinâ.

MOGVNTIAE, APVD IOANNEM ALBINVM, Anno M.DC.XIII.

REVERENDO ADMODVM PRÆNOBILI ATQVE AMPLISSIMO VIRO

D. JACOBO DOMINO IN ELTZ,

METROPOLITANARVM ATQVE ELECTORALIVM ECCLESIARVM

MOGVNTIÆ DECANO

TREVIRIS CHOREPISCOPO ET ARCHIDIACONO MAIORI

NEC NON

SPIRÆ CATHEDRALIS ECCLESIÆ CAPITVLARI.

DOMINO SVO GRATIOSO.

ADAMVS CONTZEN.

LIbrum Reuerendissimi atq; Illustrissimi Roberti Bellar-

MINI S. R. E. Cardinalis amplissimi: DE GRATIA PRIMI HOMINIS: lectionibus septẽdecim CASTIGAVIT ET EXPLANAVIT, vt ipse profitetur DAVID PAREVS. Castigationes iniquas, peruersas explanationes illius ego recensui. Censuram vero meã tibi, Admodum Reuerende, Prænobilis, ac Gratiose Domine, lubens merito offero, dedicoq; Perexiguum atq; adeo impar tuæ magnitudini munusculum: sed nec tuis alienum studijs & amoris ergà te omnium Collegarum qualecunq; monumentum. Debetur hoc familiæ tuæ, quæ antiquissimæ,

mæ, atq; illibatissimæ nobilitatis, societatem nostram in Germania penè prima complexa, auxilio fouit, auctoritate protexit, magnis beneficijs per Illustrissimum Electorem IACOBVM Beatissimæ memoriæ Treuirensem Archiepiscopum sibi deuinxit. Summo iure ac merito debetur etiã tibi; vt qui gentis tuæ princeps, veteris amicitiæ hæres: qui Metropolitanis atq; Electoralibus in Ecclesijs ad grauissima munera, ob spectatam virtutem, pietatemq; delectus, pro eximiâ tuâ eruditione, summo ingenio, singulari prudentiâ, multoq; in Rei

 publi-

publ. negociis vſu facilè ꝑſpicias, quãti Eccleſiaſticę & Politicæ rei interſit, reprimi errorũ Doctores, Scioloſq́; , ſui pariter, & religionis ignaros propalã arguere, & ſibi ipſis indicare. Quamobrem nullus dubito, laborẽ meũ pro ſummâ tuâ beneuolentiâ, facillimaq; tuâ, tuæq́; familię hæreditariâ humanitate acceptũ fore ac gratũ. Accedit in cauſam is qui defenditur, ROBERTVS BELLARMINVS: Ille, qui Doctrinâ, prudentiâ, humanitate, vitę integritate, verâ in Deũ pietate mirificè purpurã Eccleſiæ Principalis exornat. Ille tibi, ex legatione tuâ Romanâ,

manâ, quã insigni patriæ emolumẽto principũq; approbatione obiuisti, not⁹ Bellarminus Æquũ .n. est vt ei⁹ defensionẽ absentis, tã homini, quã causę addictus tuearis. Ille Ecclesiæ primariæ, hoc est, Romanę nobile membrũ est; Tu Moguntinæ, Treuirẽsis, Spirensis. Ille moribus & scientia Ecclesiarũ matrẽ Cardinalis illustrat; Tu matris illius PRIMARIAS, & SPECIALES FILIAS, nobilissimas totius Europæ Diœceses. Et vt verbo dicã: Quod. VRBI ille, hoc tu ciuitatibus Moguntiæ, Treuiris, Spiræ. Ad causã q̄ attinet: *Libros, de fidei cõtrouersiis*, à Cardinale cõ.

ſcriptos, eminentiſſimi fermè ſectariorum, laborioſo conatu, infeſtiſſimis odijs, ingenti ſuorum ſpe frequentes oppugnarunt. Euẽtus, qui eſſe debuit, fuit; vt bona cauſa vinceret, orthodoxæ fidei, antiquæ veritati, contumax hæreſis, noua vanitas cederet. *Fecit hoc manus ſolij Domini: manus Domini percußit inimicũ.* Nam præterquam, quod pleroſq; in ipſo pernicioſi laboris aditu mors vindex oppreſſit, omnes illos *ſpiritus ſoporis ac vertiginis* gratiâ deſerẽte perſuaſit, vt ciuili duello colliſi, in multiplices ſectas properé diſſilierint. Grauiſſimę ſũt pœna-

rum

rũ *ſpiritus ſoporis, ſpiritus vertiginis*: vtroq; cõflictantur hodie Aduerſarij Bellarminiani. Spiritum ſoporis miſcuit Dominus impijs, Iſa. 29. 10. *Quoniã miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros, prophetas, & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet.* Et apud eundem prophetam cap. 19. 14. *Spiritum vertiginis,* (ſeu peruerſitatũ, ſeu erroneum,) *Dominus miſcuit in medio eius.)* Ægypti) *& errare fecerant Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius, & vomens. Spiritus ſoporis* quantâ vi languentes torpore oculos obturat! ſpecimen

tanti ſtuporis exhibebit libellus Antibellarminiani Præſidis, qui tantâ argumentandi puerilitate balbutit, vt logicē in vninerſũ, ne ſophiſta videretur, abiuraſſe, & nihil didiciſſe ſe ꝓfiteri velle videatur. In hoc opuſculum conuenit, quod de oratione eius Chronologica cēſuit ſcaliger: *Multũ* (inquit) *arrogantiæ, nihil eruditionis in illo deprehendere potui.* Et: *Obſtruximus os inſcitiæ, & furori hominũ agreſtiũ,* (agit de Pareo, & eius Collegio Antibellarminiano.) De quo & hæc ſunt: *Quis continebit aut riſum, ſi ſtuporē conſideremus, aut ſtomachũ: ſi cõſidentiam,*

dentiã. Cœtera quæ Elenchus ille de Pareo pronunciat, verecundiâ præpeditus, ꝓducere erubeſcere, ſed cognoſcendus *ſpiritus ſoporis* de Caluiniani fratris teſtimonio. *Stercora* (inquit) *magno ſtudio colligit, vt illis epulũ ſuũ inſtruat, quo ſtultã iuuentutẽ excipiat*: Et: *Si aſini loquerentur, nonne probarẽt, ſe magis participes rationis eſſe, quã hæc monſtra hominũ?* nimis illa ſunt mordaciter vera, ſed cognoſcendis *Caſtigationibus & explanationibus* Pareanis neceſſaria.

Ad alterum ſpiritum venio, qui eſt *Vertiginis, peruerſitatum, diſsipationum, ebrio-*

ebriorum, & vomentium, temerè discurrentium, incurrentium, tumultuantium. Nonne paucis illis verbis miseram faciem septentrionalis Europæ ob oculos ponit spiritus sanctus? sectarij in se mutuo tam furenter incurrunt, vt incauti jaculis Bellarminianis latus nudent, Catholicos vtili contentionum spectaculo erudiãt, suos; vel anxios, & inter tot errandi diuerticula, viæ veritatis ignaros, in desperationem salutis impellãt: vel litigandi tædio fessos, in contemptum religionis, & hæreseon adductos, licentiæ, & Atheismo permittant.

At

At Pareum audiamus, dicet ille; quo homines inquietos, à Catholicâ recedentes, vertiginosa procella abreptos, dissiparit. *Orat. de studii Theologici difficultatibus & remediis: Sed gemino* (inquit) *astu satan renascentem Euangelii lucem rursus obscurare, & diffamare aggressus est: Nam hinc quidem discordiæ semina inter ipsos Doctores excitauit, vndè funestum illud schisma sacramentarium exortum est, quod in hunc diem Ecclesias Euangelicas disterminat, atq; fatigat: Illinc verò sectarios submisit innumeros, qui Doctrinam variè corrumperent, A-*

nabaptiſtas, Libertinos, Flaccianos, Adiaphoriſtas, Antinomos, Schvvenckfeldianos, & horum progeniem Vbiquitarios, qui veterum hæreticorum opiniones interpolatas magno conatu, & plauſu hodiè tuentur. Vt taceam nouos illos Samoſatenianos, Photinianos, Antitrinitarios, & Sozinianos, qui in Polonia, & partibus vicinis, horribiles blaſphemias in Deum, & filium Dei effundunt, ſcriptiſque propagare incipiunt. Vt taceam nouos illos regni Antichriſtiani Satellites, atque Triarios, Ieſuitas, quos Satan ad fraudes ſimul, & vio-

& violentiam ita comparasse videtur, ut nisi Deus Satanæ conatibus obsistat, non suâ vi, sed nostrâ ignauiâ, synceriori Doctrinæ, & Theologiæ, certum videantur breui allaturi esse interitum, quem modis omnibus machinantur. His tantis malis, pias mentes, quoties seriò de illis cogitant, vehementer perturbari necesse est: nec dubium à studio Theologico absterreri multorum animos, præsertim si incidant in scriptiones tam Euangelicorum, quam Iesumanitarum eristicas, quibus nunc controuersiæ Theologicæ, (proh dolor!) infeli-

infeliciter tractantur, non tinctas spiritu mansuetudinis, sed perfusas atrâ bile, ac mero veneno, vt ipsa Theologia parum iam à συκοφαντίᾳ manifestâ differre videatur, ac tanto quisq; maior Theologus censeatur, quãto est ad alios insectandum paratior, ac impudentior. Confitenté reũ de Theologiâ Pseudoeuangelicâ habemus, de nostrâ Theologiâ negamus, esse illam συκοφαντίᾳ vicinam: nec de fraude, aut violentiâ aduersarii testimonium admittimus, cùm, quia inimicus est, tùm, quia de suis crimen confessus, est intestabilis, deniq; quia ille omnes maledicen-
tia

tiâ vincit, de quo posterius agam. Nunc vertiginosum spiritum amplius expendamus.

Habita est illa oratio anno 1600. Heidelbergæ: Interea vero in ipsa Ecclesia purè Caluiniana, quot sectiũculę? quot vertigines? Arminianũ schisma, Gomarianum venenũ, & fuga, Piscatorianæ lites, Alcmariana reformatio, Venatorianus recessus, Vorstianæ turbæ, Eglesemianæ prouocationes, Britãnicæ legationes. His adde totius Caluinistici corporis ternas acies anathematismis depugnãtes, ac de fractione præfractissimè delirantes. Nec taceamus de

Ministrorum gradibus vetera dissidia, disputatione, stylo, multis, exiliis asperata. Nunc agè consideremus tot Vertigines, & quæramus numerum Caluinistarũ genuini cõmatis. Fortè vix vicesimus quisq; cum Pareo facit, fortè in plerisq; maior pars Euangelicorum cum Bellarmino sentit. Iterũ aduersarii confessionẽ audiamus. Præfatione in 1. Cor. *Quid vero in his omnibus auditores nisi præsentiũ morborum, & pestium originẽ expreßißimã intuemur, quæ & hodiè satanæ astutiâ, doctorũ ambitione, auditorũ leuitate Ecclesias Euangelicas paßim perturbant? Si schis-*

schismata, & dissidia; Vt tunc alij Paulini, alij Petrini, à suis doctoribus dici gaudebant: ita hodiè alij Lutherani, alij Zuuingliani, alij Caluinistæ audire volunt, vel coguntur. Si scandala & mores prauos: luxus, auaritia, scortatio, contētio, ebrietas, & id genus alia vitia, cum summa Christiani nominis dedecore passim grassantur. Si sacra peregrina, & idololatrica: QVOTVSQVISQVE EST, *qui sibi non persuadeat, nullo peccato se Missas, & cultus idololatricos Papistarum adire, illis communicare posse? Quotus ergo quisq;* credit Pareo cōtraria docenti? Quātula est ergo pars *Collegii Anti-*

bellarminiani? An illi qui *sibi persuadent se posse nullo peccato communicare Papistis* communicant & Pareo? Duo hoc loco consolationem non mediocrem adferre orthodoxis par est. Primum adeo Catholicã esse nostram fidem, vt pleriq; qui Caluinismum vel simulare cogũtur, vel amplecti videntur, *sibi persuasum habeat se sine peccato*, nostra sacra adire, nobis *communicare posse*. *Quotusquisq; enim non hoc sibi persuadet?* Nos ergo sine peccato illa peragere, ijdem sibi persuadent; Quis enim adeo hæreticè rudis est, vt se, si alieno sceleri communicauerit,

inno-

innocenté arbitretur? Quod si illi, de quibus dicit: *Quotusquisq́*, adeò rudi prauitate delinquunt, quis negare potest, illos omnium hæreticorũ esse teterrimos? ideoq; iudicio Patrei, nec Caluinistas? Aduersarios Bellarmini tot laboribus, clamoribus, calumniis, famosis scriptionibus vertiginem suam adeo manifestã suis auditoribus fecisse, vt fidem perdiderint. *Quotusquisq́* enim illis credit? QVOTVSQVISQVE sibi persuadet peccatum esse, quod immane crimẽ Stentores illi proclamant?

Nec vero leuia, aut leuibus de rebus dissidia; odia sunt ca-

pitalia, bella internecina. Cō-
ſule vel nundinarum Franco-
furtenſium proximo triennio
editos Catalogos. Meras *Hy-
pocriſes, Iudaiſmos, Turciſmos,
Atheiſmos, Epicuriſmos, Blaſ-
phemias, Furores* ſibi obiici-
unt Antibellarminiani: vt iam
ludus, iocuſq; ſiet, quicquid
dicunt in Bellarminum præut
magnis agitati cauſis, fraterni
ſæuiunt furores. Ecce enim
*vniuſcuiuſq; gladius eſt contra
proximum ſuũ.* Eorum iurgiis
me non interpono, quorſum
enim contra fornacem hiare
coner? Inter tot falſa verum v-
bi lateat quæro. In tantis diſ-
ſenſionibus, aut præter vnum
omnes

oēs, quod illi negare non possunt; aut ad vnũ omnes, quod ego credo, errare necesse est.

Iactat noster suæ Ecclesiæ cum Lutheranis *in fundamentalibus* concordiam: Verùm ab ea omnes Vbiquitarios necessariò reiicit, quos decẽ articulos è medio tollere, ait. De illa tamen concordia Lutheranos interrogemus. Paucis ante mensibus prodiit liber Iacobi Reneccii Lutherani cui titulus est: *Caluinianorum Ortus, Cursus, exitus*, *Ortũ* deducit, c. 2. ab ipso *serpente paradisiaco*, *Capernaitis*, *Saducæis*, *Iudæis*. c. 3. Eos *Arianis*, *Photinianis*, *Nestorianis*, *Præ-*

destinarijs, Iouinianistis, Fanaticis, Florianis, Anabaptistis, Schuuenckfeldianis, Francisco Stancaro, Mahometistis cōparat. Vnicū solum bonū malè in illis reprehēdit, quod in quæstione de iustificatione, operibus bonis, atq; aliis quibusdā multi Papistis consentiant.

Inter hæc, quid Bellarmino accedat, quid suis decedat, ipse (pa. 8.) insinuat, & ego exemplis demonstraui.

Hinc maledicâ calumniâ illius moueri non debemus, vt cum com. in 1. Cor. 1. 2. *Papistas* (ait) *idololatrarū peruicacißimos, nulla iam pridem admonitione corrigibiles.* & in Ose æ 2.

ſeæ 1.17. *Quid vero eſt totus papatus, niſi officina horribilis idololatriæ?* cum fingit, nos *aſinum Chriſti, aquilam Ioannis, Leonem Marci, vitulum Lucæ, equum Georgij colere.* Cum in 13. Oſeæ. *Abi* (inquit) *Spirã, Moguntiam, videbis oſcula ſacrificantiũ Baal, videbis igitur Idololatras Baaliticos.* Cum Rom. 13. *Aduerſus papam nullum genus vltionis nimium eſſe aut iniuſtum.* Sunt hæc de ore ſerpentis, de Saducæis, de Aninis, cæteris mutuata conuitia, ſunt eorum, qui *nihil niſi* πολεμικὰ, & σκιομαχίας *tractant*: ita Scaliger de Collegis Antebellarminianis.

Eorum maledicta iactantiaq; quanquam suo impetu, instar marinorum fluctuũ in se concidunt, ideoq; à magni animi, prudentiæq; viris facilé contemnantur, infirmis tamen ingenijs consulendum, illisq;, quorum salus per has fraudes in discrimen adducitur, succurrendum existimaui, idq; eó promptius quod meum laborem ipsis etiam Antagonistis vtilem fore non desperem: si enim errata sua agnoscere coacti, quã uis non multó verecundius, saltem languidius in posterũ maledixerint, minoris pœnæ rei ad Christi tribunal olim sisten-

ſiſtentur. Paraui iatq; reſponſionem modeſtam, & liberam, qua errantes inſtruam, malitioſis calumniatoribus beneuola mente, ſed ſeria, vt in re tanta par eſt, ἀποδείξει ſua vitia demonſtrem. Ad te verò, Reuerende admodum, Prænobilis, & Gratioſe Domine, operam hanc meam detuli, vt perpetua ſit noſtri officij, & tuorum in nos meritorum teſtificatio: quam vt ſolitâ humanitate accipias, auctoritate defendas, obnixé rogo. Vale & primates Eccleſias, in quibus vita, & dignitate flores, virtutibus tuis, quam diutiſſimé, florentiſſi-

mas effice. Quod vt fiat, Numen æternum ex animo precor! Moguntiæ ex Seminario Archiepiscopali. Anno Dominicæ incarnationis Millesimo Sexcentesimo Tertiodecimo.

INDEX CAPITVM PRIMÆ CONTROVERSIÆ, VNICO LIBRO EXPLICATÆ.

De gratiâ primi hominis.

Liber vnus.

VI. *Re-*

MENDA.

Pag. 13. *desiderandi*, lege *desiderando*. pag. 30. *Consistenter*, l. *confidenter*. pag. 37. *exspectere*, l. *exspectare*. pag. 44. *grati*, l. *gratis*. pag. 47. *integeræ*, l. *integræ*. pag. 49. *Eum*, l. *eam*. pag. 66. *dicerer*. l. *dicere*. pag. 75. *apponitur*, l *opponitur*. pag. 85. *esse* dele. pag. 96. *separet*, l. *separat*. pag. 127. δυμὸς, l. θυμός. ibidem, *nutritu*, l. *nutritum* pag. 187. *ablatata*, l *ablata*. pag. 202. *domum*, l. *donum*. pag. 208. *obolitio*, l. *abolitio*. pag. 162. *probat*, l. *probet*. pag. 166. *Adamum*, l. *Adamo*. pag. 244. *Vere*, l. *Veræ*. pag. 264. *at*, l. *Vt*. pag. 284. *Et*, l. *Vt*. pag. 303. & alibi מ pro mem finali. pag. 305. & alibi ד l. ר. pag. 321. *Tren*, l. *Trem*. pag 323. *Verissimum*, l. *verissimam*. pag. 340. *diuin*, l. *diuinæ*. pag. 346. & 347. *hyperbolem*, l. *hyperbolen*. ibidem. *qua*, l. *quia*. pag. 373. *voluisse*, l. *valuisse*. pag. 376. *tantæ*, l. *dandæ*. Sunt alia tum literarum, tum interpunctionum errata, quæ facile æquus lector ipse aduertet.

AD HEIDELBERGENSIS THEOLOGIÆ AVDITORES PROOEMIVM.

DEfensione Reuerendissimi, atque Illustrissimi Cardinalis Bellarmini, contra EXPLICATIONES & CASTIGATIONES Doctoris vestri susceptâ, ignotos vos ignotus affari, rationemque instituti mei reddere decreui.

Vobis enim non ociose spectantibus, sed in parte laborantibus certamen nostrum peragitur, vestræ præcipuè saluti opera mea impenditur. Meritò sane: vt, in ipso fonte, ne in flumen augescat, error opprimatur, vt in ipso solo, quo spissius sata sunt venena, remedia nascantur, recenti malo velox occurrat antidoton, & ante salutaris succi medicina subueniat, quam virus vniuersum venæ combibant. Causa scribendi mihi, defensio veritatis, & cura vestræ salutis, animus mihi est, *vestra studia, & cōmoda promouere*. Intempestiuum forte opus, & odiosum. Intempestiuum: quia animum vestrum anticipatæ opiniones tenent occupatum, vt in eum sine singulari Dei miserentis adiutorio veritas non possit admitti: quia suo adhuc impetu fertur docentis error, quē sine potentissimo Domini retrahentis auxilio, sana doctrina sistere nequeat. Integra etiamnum apud vos, nondum detectis vitijs, (nisi forte jam illa sentire cœpistis) viget errorū fomentū, errantis auctoritas. Odiosissimū verò, cum in hoc precipue, vestrorū magistrorū voces,

Finis scriptionis.

ces, & scripta laborent) nescire nō possum. Non tamen hæc efficiunt, quo minus prodesse coner vel inuitis, viam ostendere periculose, sed secure deuiantibus, lucem fidei fundere vobis, qui ideo ad falsa adhærescitis, quia vera nōdum audistis. Præsertim cum me Dominus meus, per electum vas suum doceat, instare εὐκαίρως, ἀκαίρως, oportunè, importune. 2. Timoth. 4. 2.

Odium verò paulisper vt deponatis, oro, quæsoque, per viscera charitatis illius, qui iubet etiam inimicos amare. Si me iudicatis inimicum, legem habetis regalem inimicos diligendi, si (cuius ego mihi coram Deo sum conscius) pro vestra salute sollicitum, pro ea vobis scribentem, Deo supplicantem, odisse non debetis charitatem amici, etsi, vt vos putatis, errantis. Audistis accusationem Bellarmini, audite & defensionem, nam si accusasse sufficit, quis erit innocens? Adhuc aures vestras personant contumeliæ in Bellarminum, audite modestâ & Christianâ responsione, sine contumelia; post tot contumelias, vestrum præceptorem refutari. Cauenda damnandi temeritas.

Si iudicatis, cognoscite: si aut vester, aut vestri Doctoris vos rapit affectus, suspectum vobis sit vestrum de φιλαυτίᾳ iudicium. Si prædamnastis Bellarminum indefensum, ad id recognoscendum, quod quamuis vestra opinione, non male, certe legitime non est iudicatum, redite. Nihil tam vobis necessarium, quam propriam censere censuram. Vt omni præiudicio posito, cũ ęquitate causam audiatis, quamuis impetrare debeo, postulare tamen non audeo. Scio quam pertinaciter hæreant, quæ semel placuerunt. Fratribus suis eam negant Professores vestri ego quomodo impetrem, quod talibus, & tantis, & tam multis non tribuunt fratres? Quid aliud nuper Arminius, nunc Bertius, Piscator, Venator, Vorstius queruntur quam de pastorum Leovvardensium, Alcmarianorum, de Heidelbergensium, Francisci Gomari, Lubberti Sibrandi Dauidis Parei, Matthæi Sladi, Ecclesiarum Zeloticarum, Magni Iacobi præiudicio? Quid aliud tres generosi comites Bentheimenses, ordinum deputati, ipsi ordines illustrissimi

Caluinistæ in fratres suos sunt iniqui.

ſimi, curatores Academiæ Leidenſis, ſenatus Alcmarianus, Steinfurtenſis, Eccleſiaſticus, Scholaſticus, Ciuilis, quid tot Eccleſiæ reformatæ, nonne horum præiudicia tanquam iniquiſſimà damnant? Plena ſunt his Arminij, & aliorum ſcripta. Legite, *Reſponſiones Venatorianas; aut ſolas præfationes, modeſtæ reſponſionis, Prodromi, Catalogi errorum Sibrandi, Plenioris reſponſi*, & quicquid eriſticorũ dedit intra pauciſſimos annos Belgium, veſtro iudicio reformatum. Quid igitur vel petam, vel ſperabo? Audite me, vel cum præiudicio. Ea eſt Bellarminianæ cauſæ bonitas, ea mihi in veritate æterna, cuius veriſſime cauſam agit Bellarminus, fiducia, vt animos à Magiſtro veſtro occupatos, à Bellarmino abalienatos, ſibi tamen vindicatura ſit, Deo iuuãte eadem veritas, quo perſpicue non modo ipſi videatis, ſed errores etiã ſuos veſter Profeſſor agnoſcat; & quamuis erubeſcat confiteri, tamẽ negare non auſit. Quod ſi contra cœleſtem gratiam ſit contumax pectorum veſtrorum rigor, ne facili mollitudine ſignaturam veritatis

Bellarmini cauſa vel apud iniquos iudices obtinebitur.

accipiant; illud tamen ex mutua collatione consequi necessarium est, vt quæ conscientiâ, etsi nondum voce damnastis, ea minus animose in posterũ defendatis, cuius euenti sperandi nec paucas, nec leues rationes suppeditat Doctoris vestri, quod nunc examinare institui, procemium.

Asperitas aduersarii.

Ratio prima. Moderatioribus, ac liberaliter institutis ingenijs iræ, conuitia, calumniæ disputantium, indicia causæ desperatæ, placere non possunt. Nemo vestro sene irascitur impotentius, conuitiatur acerbius, calumniatur iniquius. Ignem spirant eius non modo libri, sed librorum etiam procemia & indices. Verũ hoc, quod in manu est, contentus sum, eius initium inspicite: *Propositum est* (inquit pag. 1.) *mihi auditores, seposita ad breue tempus ordinaria Paulinarum Epistolarum interpretatione, tomum quartum disputationum Roberti Bellarmini, Iesuitæ, Cardinalis retexere. Augiæ stabulum purgare aggredior. In hoc enim volumen, quasi in fœtidissimã lacunã, sordes vniuersæ Theologiæ Scholasticæ, Theoricæ, hoc est subtiliũ, inaniũ, captiosa-*

ptiosa-

ptiosarum de rebus fidei quæstionum, definitionum, distinctionum, argutiarum, Sophisticationum, deprauationum, calumniarum, mendaciorum, contra sacrarum literarum salutarem doctrinam, Ecclesiarum Euangelicarum fidem orthodoxam, auctor ille conatu ingenti, artificio singulari, deriuauit, congessit. Sic biliosus senex tumido delitigat ore. Si morbo animi; miseramur τὸν μελαγχολῶντα, si malitiâ; ignoscentiâ, & oratione prosequimur delinquentem.

Ratio secunda. *Vestra* (inquit pag 2.) *vota, desideria auditores, hanc mihi prouinciam imposuerunt.* Ego vota, & desideria vestra iudicio caritatis æstimare debeo, scilicet, ex conscientia, studioque veri, profecta, cum ergo primus inueniendæ veritatis sit gradus, illius desiderium, de fructu bene sperare licet, cuius jam semen pullulare cernimus. Præsertim cum in ipsa tractatione magistrum vestrum tãto conatu à Caluino refugisse, & in multis, in castra Bellarmini transfugisse videbitis. Deinde cum multa aliter esse, quam ipse dixerit luce meridiana clarius spectabitis.

bitis. Exemplum pag. 10. ait Bellarminum *vti scripturæ testimoniis, vt plurimum apocryphis.*

Nuda calumnia.

Dicendũ fuerat, *suo iudicio apocryphis, non veteris Ecclesiæ, non veritatis normâ apocryphis*; Sed eo modo quo apocrypha prioribus Caluinistis, Epistola ad Hebræos, & Iacobi, alij libri alijs sunt apocryphi. Hæreticorum est antiqua praxis, vt veritatis doctrinam oppugnent, docendi instrumenta, adultero stylo peruertere, mendace interpretatione corrumpere, extremâ impudentiâ è medio tollere. Verum rata sit censura vestri Doctoris, quos falso dixit apocryphos, tales esse faciamus, donec eius fidem, & conscientiam vos intueamini. A vestris doctoribus fere in censum apocryphorum reiecti sunt: Tobias, Hester, Iudith, Sapientiæ liber, Ecclesiast. Baruch, quædam Danielis, Machabæi. Bellarminus hoc tomo ex Iudith & Baruch nihil citat. *At ex Tobia testimonium* 1. *Ex Hester* 1. *Ex libro Sapientiæ* 21. *Ex Ecclesiastico* 23. *Ex Daniele* 1. *Ex Machabæis* 2. Summa testimoniorũ ex libris quos vester censet apocryphos

phos 49. At aliorum librorum teſtimonijs bis millies, hoc tomo vtitur, in cæteris tomis omnibus, ne viginti quidem teſtimonia profert e libris, quos veſtrorum cenſura iuſſit eſſe apocryphos, cum tamen ſit innumerabilis, eorum ex cæteris libris multitudo, iudicet *vel ipſa* inuidia: *an vt plurimum teſtimonijs vtatur ex libris apocryphis*? Veſtras conſcientias coram Deo appello, an non vobis ſentiatis illudi? Quid aliud ſtatuere poteſtis, quam alterum è duobus verum eſſe? Aut Doctorem veſtrum ſuppreſsá ſuâ, contemptâ aliorum conſcientiâ, nude, palam, dicere id eſſe, quod nouit non eſſe? aut alium canonem habere, in quo ſint libri non apocryphi, quam pauciſſimi, certè in eo nõ poteſt eſſe Epiſtola ad Romanos, ex qua 127. teſtimonia, & pleraque ſæpius citat. Hæc, & hiſce paria ſcum toto libro ſpargantur, neceſſe eſt, vos ſi ea legeritis, aut à magiſtro veſtro diſcedere, aut fieri ἀναπολογήτους.

Ratio tertia. Iam dudum conſtitit lectionis Bellarminianę in veſtris Academijs fructus, conuerſio multorum — Fructus lectionis Bellarmin.

ad veram fidem. Quanto futura est vberior, si multis familiaris efficiatur? nam inter conuitia, & castigationum nubila, erumpet semper, aut prorepet lumen veritatis, maximè cum prælectionum vestrarum copiam nobis fieri Doctor vester voluerit. Fructum eum, cum insectatur, agnoscit. *Tanta* (inquit pag. 3.) *probabilitate, tanta veri specie, dogmata pontificia falsa, impia pleraq; incrustat, astruit, contraria vera conuellit, strophis elidit, vt parum cautis lectoribus non paucis imposuerit, multis ambitiosis ingenijs vltroneæ apostasiæ causa, ab Euangelio ad Papatum, à Christo ad Antichristum transeundi occasio fuerit.* Maligna hæc inimici laudatio, magis ingenua illa Wittakeri (Epistol. dedicat.) *Respondi* (inquit) *quemadmodum sensi, me illum iudicare virum sane doctum, ingenio felice, iudicio subtili, lectione multiplici præditum, qui soleret etiam apertius ac simplicius agere, quam reliqui consueuerunt papistæ.* Sunt hæc quæ in Bellarmino confitentur bona, sunt alia, quæ aut non possunt, aut nolunt agnoscere, vera fides, doctrina sana, sibi constans, verbo

Dei

Dei consentanea, patribus inhærens scripturæ interpretatio. Pergite porro audire, vobis Christus etiam per hanc contentionem annunciabitur, dum obiecta pleraq; suo quisq; marte mirati fidei Romanæ solidum robur soluetis, cui nihil obijci potest, nisi vel cauillum vel calumnia.

Ratio quarta. Ex Bellarmini antagonistis. Illi sub initia refutandi è vita sunt eiecti, nondum ab omnibus, nedum ab vno aliquo refutatus est, cuius rei falsas causas cum vester adferat, veram tamen non dissimulauit se audisse, videlicet, quod *opus sit irrefutabile*. Bellarminus hactenus nondum refutatus.

Antagonistas recenset *VVittakerum, Sutliuium, Reinholdum, Abbatium, Sibrandum, Danæum, Iunium.* (pag. 3. & 4.) addit) pag. 5.) *Chamierũ & Puellum, seu Pouellum.* Nam Vorstii, & aliorum puduit. Verum & hi & illi in magnis inter se, & à vestro dissentiunt, de quibus cum abunde scripserit Gretserus, præfat: defensionis T. I. actum non agam. Nunc quid vestrum senem angat videamus.

Quod nondum ab vno (inquit pag. 6.)

6,) *tota Bellarmini farrago habetur refutata, nescio incuria principum, an Theologorum nostrorum adscribam: qui si mature, vt oportuit, consilia sua contulissent, operas distribuissent: iam pridem, quod desideratur, confectum haberemus.* addit (pag. 7.) *quod plerisq; Theologorum suorum, præter occupationes, & distractiones varias, infirma valetudo, ætas grauis, vita morte celerius abrupta, impedimento fuerit.*

Contemni à vobis scriptor ille non debet, cui refutando orbem Caluinianum incumbere oportuit, ob quem nondum refutatum, & principes, & Theologi sunt in crimine. Quanquam quomodo ab vno refutatus haberetur, *si collatis consiliis, operisque distributis id fieret?* Hoc non ab vno homine, sed vno corpore totius Caluinismi est refutari. Cætera etiam falsa sunt: Vt enim vni, aut alteri fuerit infirma valetudo, certe pluribus robur, ætas, opes, fauor, benignitas principum, præsertim Episcopis Britannis, omnibus certe animus, odium, ambitio, cupido è certamine cum Bellarmino inclarescendi adfuit

adfuit, vt nihil à prælio deterreré potuerit nisi desperatio victoriæ. Tot quotidie scripta vestrorum volitãt, tot libelli famosi, legibus ciuilib. obnoxij, & Bellarmino parcerent, tam auidi nocendi? tam ardentes pugnandi? tam sua damna sentientes? quas insuper perculit immane scribendi cacoethes? *Interim vobis tot annos defuit tam necessaria refutatio* (pag. 8.) Eam tamen nemo dedit eorum, qui Bellarminum exurere, carnes deuorare, desiderandi desiderant.

Purgare tamen se suosq; tentat (pag. 7.) *Neq; enim potifices omnes hæreses profligarunt.* Deinde: *Minimum 22. annos sua compilando è sociorum regestis, collegiorũ forulis compilata describendo, digerendo, dictando insumpsit Bellarminus,* non ergo mirum arbitratur si nondum refutatus habeatur.

Respondeo. 1. Iniqua comparatio: Diceret Scaliger: *Sententia eius asinina:* (fol. 55. Elench.) Aliud est collatis principum, & Theologorum consilijs, operis distributis, vnius hominis oppugnari librum à multis: aliud omnes hæreses

Stupor aduersarii.

hæreses profligari, an vester victo Bellarmino omnes hæreses exstinxerit?

2. Quod de regestis, & forulis narrat, mendacium genuit Iunius, obstetricatus est Danæus, vester adoptione fecit suum, Andreas Eudæmonioannes Cydonius l. 1. castig: contra Danæũ c. 7. monstrosum partũ sine fraude necauit. Ratio Quinta. Quia vobis refutationẽ promittit ante 20. annos inchoatã à Sibrando Lubberto, vt vanissimæ vsura consolationis desideria vestra mitiget, & falsa exspectatione deludat. *Quanquam nullus dubito (pag. 7.) D. Sibrandum, quem vnum ex primis antagonistis incolumem hucusq; seruauit Dominus, disputationes suas Theologo-Scholasticas, aduersus Bellarminum ante annos 20. feliciter cœptas, integras dudum pertexuisse, vel prope ad vmbilicum produxisse: imo absolutissimas pridem foras daturum fuisse, nisi occulte passim gliscens hæresis, aduersus cuius auctorem Sozinum, nuper commentarium euulgauit pereruditum, nec non infelix Arminianum Schisma remoras ei attulissent.* Verum à Sibrando aut nihil, aut tantum mala sunt

Promissio veræ refutationis ante 20. annos inchoatæ.

vobis

vobis Auditores exſpectanda. Quia vero in hunc tota domus Caluiniſmi inclinata recumbit, operæ precium eſt, quis vir ſit iſte Sibrandus agnoſcere. Quis Sibrandus? quid daturus?

1. Expilator eſt ſcriniorum VVitakeri, Vos vtriuſq; libros conferte.

2. Ex vno eius capite collegit *quindecim mendacia plana, craſſa, pinguia* Gretſerus (append. 4. ad l. 1. de verbo Dei ſcripto.) Quæ etſi vos negare non poteſtis, alia tamen quæ & ipſe confitebitur adducam. Sibrandus enim religionem veſtram penitus peſſum dabit, ſi prodierit.

Teſtes produco, quas reiicere non poteſtis: Arminium, Adolphum Venatorem, Veſtræ pietatis viros, Totam Eccleſiam Belgicam Biſreformatam. Addo etiam Conradum Vorſtium, virum, quo nemo nunc inter vos laudatior. Poſt inſpectos Gomari articulos, poſt lectam reſponſionem Heidelbergenſiũ, *titulo Decani, & profeſſorum facultatis Theologicæ inſcriptam*, audito Vorſtio, Reſpondet DD. Illuſtres Deputati ordinum Hollandiæ, & Phriſiæ; In Sibrandum teſtes Caluiniſtæ.

(Pro-

(Prodromi plenioris responſ. pag. 23.) *ſe non poſſe non iudicare prædictum Vorſtium, ſeria pietate, vera ſcientia, & inſigni eruditione rerum Theologicarum, ac præterea modeſtia, alijſque dotibus inſtructum eſſe, quæ in doctore, & profeſſore eius facultatis, requiruntur, actum eſt Hagæ comitis* anno 1610. Eandem laudationem habent *literæ deputatorum ad comitem Bentheimenſem.* (pagin. 24. & 25. quæ & Vorſtij inimicos, quorum Coryphæus eſt Sibrandus, damnant vt maleuolos.

Maiora etiam teſtantur *Adolphus, Arnoldus Iudocus Guilelmus Henricus generoſi comites in Bentheim.* (pag. 29. & ſequent.) Maxime verò *Steinfurtenſis Schola, curia, Eccleſia.* (pag. 31. & ſeq. Quæ ideo moneo, non Vorſtianorum patronus errorum, verum vt vobis conſtet, eum veſtrum eſſe, vtq; Vorſtij teſtimonium admittere cogamini, vel tot, & tantorum magiſtratuum, atque Eccleſiarum iudicia damnare, imo notam hæreſeos ipſis ordinibus inurere, ſi vobis Vorſtius eſt hæreticus, nam accuſatum, auditum, cognitum approbarunt.

Hæc

Hæc ergo Vorstius. In summ: resp: de tertio libello:

1. *Iniquè Sibrandum agere.* 2. *Eundem falsò ac calumniosè sibi quædam absurda dogmata exprobrare.* 3. *Eundem temerè quædam erroris in se damnare.* 4. *E contra quædam asserere, quæ sacris literis, & sanæ rationi plane contraria sunt.* 5. *in aliis quibusdam inanem Logomachiam exercere, & res minimi momenti tragicè exaggerare.* 6. *opuscula sua furtim descripta, perperam pro certis doctrinæ suæ testibus citare.* 7. *Imperiosè se ad peregrina tribunalia vocare.* 8. *Contra caritatem grauiter ab eo peccari, quod se non modò professione arcendum, sed etiam extra prouincias relegandum esse decernat.* at in responso ad præfat: Sibrandi: ait: *Solium Dei occupare Sibrandum. Eius immodestiam, præcipitantiam, incogitantiam, atrocem in se contumeliam, & iniuriam, insolentiam, Tautologiam, ignorantiam, iniquam calumniam nobis indicat.* Et (in præf. Catalogi errorum Sibrandi) *eius næniis insulsis, & coccysmis centies repetitis se opponere aliquid velle profitetur.* Si

talis in fratrem Sibrãdus, qualem putatis fore in Bellarminum? *Ex illa immodestia, præcipitantia, cæterisq; virtutib.* qualẽ opus proditurũ arbitrabimini? at Vorstio vos non creditis, credite *ordinibus, deputatis, nobilibus, comitibus, Ecclesiis,* à quibus *maleuolentiæ* damnatur Sibrandus, Vorstius absoluitur. Verum & hic cedã meo iuri, sit sane vir bonus, quod ego non credo, & vos credere debetis, si vestris Ecclesijs creditis. *Videbis autem hic* (inquit Vorstius ibidẽ) *erudite lector, quam turpiter isti passim impingant, qui tam crudeles in aliorum scripta sententias pronunciant. Iustum enim Dei iudicium est, vt qui quasi Deos quosdam in iudicando ac damnando se esse arbitrantur, interdũ vix pueros in argumentando, ac probando superare deprehendantur.* Centum deinde errores Sibrãdi ex vno libello collectos proponit Ecclesijs. Ego exempli gratia paucos vobis referam.

Sibrandus in damnando Deus, in probando puer.

1. *Punire peccata est Deo naturale, perinde vt peccatum odisse. (pag. 35.) in catalogo errorum seu Hallucinationum Sibrandi.*

Sibrandi errores.

2. *Si iustum est impijs reddere afflictionem,* 2. *Thess.*

2. *Thess* 1.6. *Sequitur iniustum esse illis afflictionem non reddere* (*pag.*18.)

3. *Deus libere, & necessario simul, punit peccata* (*pagina* 18.)

4. *Inepta fictio est, si quis statuat, Deum potuisse decretum facere de non permittendo peccato,* (*pag.*22.)

5. *Non odisset Deus peccata, si non puniret* (*pag.*23.)

6. *Iustificatio est prior pœnitentia,* (*pagina* 24.)

7. *Humanum commentum est, Deum decreuisse nobis salutem cum hac conditione, si resipisceremus.* (*pag* 29.)

8. *Non tota Christi humiliatio, sed sola mortis perpessio, est precium redemptionis nostræ.* (*ibidem.*)

9. *Desperatio non est pœna damnatorum, sed est eius adiunctum.* (*pag.*37.)

10. *Fides proprie dicta non imputatur nobis ad iustitiam.* (*pag.*41.)

11. *Deus iustificat impium, non qui desinit impius esse, sed qui adhuc impius est. Et talem impium intelligit Apostolus, Roman.*4.5.

12. *Actualis transgressio Adami, quæ*

olim transiit, & prauitas, siue obliquitas voluntatis ipsius, quæ postea mansit, est vnum, idemq; peccatum.

15. *Si viua fides, quatenus viua, nobis imputatur ad iustitiam, sequitur obedientiam Christi nobis non imputari.*

Hæc concutiunt Caluinismi fundamenta, & vestra dictata delent. Nec omittere debeo, nec vos parui facere conuenit, quod antagonista, quem magister vester promittit, in causa omnium grauissima, Caluinum non Bellarminum oppugnaturus sit. Thesis Sibrandi 7. est. *Deus neminem damnat, neq; constituit damnare, nisi ob peccata.* Opposita Caluinianæ blasphemiæ: *Deus absoluta sua voluntate sine omni respectu peccati decreuit aliquos damnare.* Has ergo, de Sibrando ludificationes omittat, de se, de suo, polliceatur; præsertim cum habeat *Collegium Antibellarminianum*, Ex quo nuper exiit libellus hoc titulo. *In Roberti Bellarmini, Iesuitæ, Cardinalis librum 1. de verbo Dei scripto, disputatio aphoristica; Ex collegio Antibellarminiano, Dauidis*

Sibrandus in causa grauissima stat pro Bellarmino contra Caluinũ.

dis Parei. Libellus est mirifice ridiculus ex obiectionibus aliquot, quæ apud Bellarminum & Gretſerum inueniuntur, pueriliter, omiſsis ſolutionibus, conſarcinatus, ego ſuſpicor eſſe opus *ſcurræ de Oppenhaim.* Quid vero porro parturiet hoc collegium? Quod de veſtro, veſtriſque collegis cenſet Illuſtriſsimus Scaliger. fol. 64. Elenchi. *In tanta luce literarum audebunt tenebras ſuas ſplendori veritatis opponere, qui præ ſumma bonarum literarum imperitia, eum ſtuporem ſibi conſciuerunt, vt non videant, non ſentiant, non intelligant, quanto ludibrio ſe traducant, quid flagitii faciant, quam periculoſo exemplo peccent,* ita de veſtro veſter.

Scaliger de Heidelbergenſibus.

Ratio ſexta. Quia non bona fide agit vobiſcum Doctor veſter, leuiter inſinuat, quod penitus perſpicere vos oportet. Hoc ſcilicet: ſe non modo, hoc loco Bellarmino bellum facturum, ſed *Lutheranis etiam, Eccleſiis Belgicis, primariis Academiarum*

Cum ſuis pugnat aduerſarius.

rum vestrarum Doctoribus.

Verba eius (pag. 8.) sunt: *Accedit causa alia* (refutandi Bellarmini) *non minus grauis, quod noua illa, sed non nouè erronea Theologia, quæ astu quorundam doctorum passim nunc in Ecclesias, & scholas Euangelicas reuocatur, argutijs ex hoc ipso tom. 4. Bellarmini petitis, coloratur, defenditur, de peccato originis, de gratia & libero arbitrio, de prædestinatione euentuali, de fide, vti in progressu videbitur.*

Hæc verba doctoris vestri, quia subobscura sunt, ego vobis lubens volens exponam.

1. *Causa illa alia non est minus grauis, quam prior*, tam grauiter ergo Ecclesiæ à vestris turbantur, quam à Bellarmino.

Pari ergo animo in domesticos hostes, & externos stylum acuit, nec jam solus est Bellarminus, ab illo stat bona pars exercitus vestri, grauiores sunt hostes illi, qui omnium mysteriorum gnari, & ciuilibus odiis pugnabunt cruentissimè.

2. *Nouam vocat, non nouè erroneam.*

Sen-

Sensus est; olim Augustinum cæterosque Patres eam tenuisse, Caluinum & eius Collegas reiecisse, nunc Caluini placitis damnatis hanc veterem doctrinam Ecclesiæ, reuocari in vestras Ecclesias, vetus est Apostolis, & Patribus, noua consistoriis, & tamen reuocatur, à crudo illo, & primi furoris Caluinismo desciscentibus populis, & quamuis nobiscum perfectè nondum credunt, suorum tamen ludibria agnoscunt.

3. *Nec reuocatur modo, sed passim reuocatur*, ne paucos à Bellarmino conuersos arbitremini. Orbis ille est errorum, vt cum tandem omnia displicuerint, ad prima redeatur. Sic & vester à blasphema Caluini, de prædestinatione sententia, merito abhorruit. Non ergo hæc in solum Bellarminum faba cuditur, sed in eos etiam Doctores de quibus monet: *Ne pigmentatis illorum scriptis imprudentes irretiamini, irretiti seducamini, seducti subuertamini.*

Parcius ergo illa in Bellarmino insectemini, quæ in vestris nondum damnastis, sed neq; damnare tutum est, cum ita sentiant illi qui possunt proscribere, & vobis forte nondum omnis mundus est patria. Caue igitur versutus senex illos suos æmulos sub nomine Bellarmini perstringet, ut odio suo absque periculo indulgeat. Quinam igitur Doctores illi? Respondeo: *Arminius, Bertius, Piscator, Venator, Folckerus, VVtenbogaert, Poppius, Borreus, Nicolaus Ioannes, Arnoldi, Episcopius*, & pomum eridis *Conradus Vorstius, omnium horum clientes, & patroni, Illustrissimi ordines fœderatarum ciuitatum, Comites, Academiæ.* Non obiicio vestra vobis dissidia, veritas catholica Heterodoxorum litigiis defendi non eget, licet illis falsitas euertatur, ostendo quos hostes vester magister habeat in quos eadem dicere necesse sit, quæ in Bellarminum. Hoc urgeo: Si illi tales, fratres vestri sunt, si fundamentum

Qui hic sub nomine Bellarmini oppugnentur.

tenent,

tenent, si ob næuos illos à Christo non sunt alieni, nec Bellarminus damnandus ob ea quæ cum illis habet communia, cum peculiares illorum errores pariter vobiscum damnet, nam hæc pari iure in vtrisque vel anathemate ferienda, vel dissimulanda. Et causa Bellarmini fauore dignior, in eo quod à sanctis Patribus, & Magistris suis accepit, perseuerat, illi à vobis, vt vos à nobis, desciuerunt, etsi nondum, in omnibus nobiscum sentiant, in grauissimis tamen à vobis dissentiunt, vt progressum sperare fidenter audeamus, cuius jam gradum fecerunt. Dimidium facti, qui bene cœpit, habet; Iterum incipiant, & perfecerint. Exempla pauca proferam.

1. In sex quæst. ab Alcmarianis Adolpho Venatori præpositis. quæst. 1. §. 6. *Ecclesiam Romanam (ait) recte sentire in articulo de iustificatione coram Deo, & hoc patere ex Conc. Trident. sess.* 6. c. 7. Venatorem populus, senatus Alcmarianus defendit, æmulis eius silentio, exilio, infamia notatis. **In quibus dissentiũt à crudo Caluinismo.**

2. Idem Adolphus *in doctrina de prædestinatione à nobis stat*, *& de operibus* à vobis etiam cum inuidia vestra longe refugit. *Sane illa* (inquit) *approbare nō possum, quæ istis male fundatis hypothesibus, ἀγεάφε, & rationi contraria prædestinationis superstruuntur. Videlicet: Virtutes omnes, quin imo præstantissima quæq; opera Ethnicorum, quæ longe, multumq; vitā plurimorum Christianorū antecellūt, nec pro alijs, quam quæ caritati Dei, & proximi conformia sunt, censeri possunt, qualis est ista à peccatis omnibus intemperantiæ, iræ, ambitionis, auaritiæ, & similib. abstinentia, pauperum & miserorum per pecuniarum subministrationem, & auxilium in necessitatib. subleuatio, & consolatio, &c. istæc inq̄ opera mereri æternū ignē, peccataq; & abominationes apud Deū esse. Quin imo si pater infantē suum ex aqua, atq; ignis discrimine eripiat, abominandum esse peccatum, quod iram Dei, & æternam damnationē mereatur. Porro quo plus faciant boni, eo plus peccare Ethnicos, omnem ipsorum fidelitatem, & cordis synceritatem, omnes ad Deum preces, ingentia fuisse delicta. etiam eorum qui*

vnum

vnum illum solum Deum professi sunt. Hec q̃ distẽt à Caluini, Bezæ, Vrsini dictatis, quorũ *Prophetias* Venator iudicat, optime notum est professorib. vestris, opto & vobis indicari 3. Vestri nõne Vorstio obiiciunt *Collusionem cum Bellarmino*? Vorst. Respons. ad præfat. Sibrandi, §. 13. & clarius §. 12. & sane in multis vel inuitus consentit, vt cum ait: *Fides viua, quatenus viua est, nobis imputatur ad iustitiam.* 2. *Hominem fide iustificari, est idem quod obseruatione Christianismi iustificari.*

3. *Fidem esse iustitiam illam inhærentem, quam papistæ vrgent.*

Quæ vero vestra damnet audite, quæso, audite. Resp. ad præfat Sibrand. *Et speciatim (inquit) hæc sequentia vna mecum damnabunt,* Lutherani scilicet.

1. *Deum præordinasse homines plerosq; ad ineuitabilem, ac sempiternum cruciatum, ex absoluto suo beneplacito.*

2. *Deum præordinasse homines ad ipsum peccatum, & peccandi necessitatem.*

3. *Deum elegisse quosdam absolute, citra respectum fidei in Christum.*

4. *Christum non esse mortuum pro omnibus hominibus, sed tantum pro paucis illis absolute electis:*

5. *Deum ne quidem velle eos omnes saluos fieri, quibus Euangelium prædicatur.*

6. *Deum nolle his omnibus sufficientem ac necessariam conuersionis gratiam largiri.*

7. *Quotquot conuertuntur, irresistibili quadam Dei virtute conuerti.*

8. *Semel conuersos, nunquam posse gratia Dei excidere, aut fidem suapte culpa amittere.* Omitto cætera. Duo vos per Christi amorem rogatos volo, 1. vt his thesibus componere dignemini, quæ *in colloquio Mompelg. à pagina 502.* tractantur. Alterum, vt cum omnes Lutherani in multis, nobiliores Doctores in vestris Ecclesijs in præcipuis articulis, qui 4. tomo tractantur, non modo cum Bellarmino sentiant, sed eos etiam ex Bellarmino *petitis argumentis*, vt vester fatetur, defendant: Vt vobis ipsi si non sine odio Bellarmini, saltem sine illorum Doctorum contemptu, quæstionem proponatis. Fierine possit vt

vt vester erret, illi vera prædicent? sane inquisitione in hæc facta, Hagæ comitis: *Postea deliberatum est, an nobiles, & ciuitates acquiescerent defensioni Vorstij, Nobiles, & maior pars ciuitatum testatō sunt, se sibi defensione domini Vorstij abunde satisfactum iudicare. Idem sensère sex concionatores qui examini interfuère.* Merito ergo confidere debeo, vos quoq; Bellarmino fore æquiores.

Ratio septima. Ex pagina 9. & 10. Quinque armorum generibus, ait, vti Bellarminum, scriptura, Conciliorum, pontificum, patrum sententiis, ratione. Duo hinc in spem salutis vestrę colligo porismata. 1. Tot millium confessorum, martyrum, orthodoxorum patrum aliquam fore auctoritatem, vt si interpretationem scripturæ, quæ illis vera videtur, vestri Doctoris Prophetiis nondum anteponatis, saltem Bellarmino ne irascamini tales, tantos, & tot sequenti, quandoquidem nec præeuntibus illis irascimini, & vobis merito Bellarminus irasceretur, illis vestrũ præferentibus. 2. Vester τῇ περιπωβόλῳ

πανο-

Aduersarii Hyperbolæ

πανοπλίᾳ Bellarmini meras [ὑπερβολάς], hoc est, ementientes superlationes opponit.

Nam primo. *Testimonijs scripturæ (inquit) præparce vtitur. Quæ maior Sycophantia esse possit*, ait (fol. 94.) Scaliger. Nam hoc quarto tomo bis millies, & sæpius vtitur, & quidem, apte, conuenienter, neruosè.

Quam versionem & sensũ scripturæ Bellarm. amplectatur.

2. *Nec nisi iuxta veterem versionem latinam plerumque corruptam.* Tam verum, hoc est, quam illud quod ante refutatum, cum dixit: *Vt plurimum ex libris apocryphis.* Nam ex tot millibus testimoniorum, quæ citat Bellarminus, etiam aduersarii vix, 40. non probant, sed affirmant esse versione corrupta, quod nos cum veteribus nõ modo eadẽ facilitate negamus, qua affirmant vestri, sed etiam contrarium probamus. Verum vt omnes intelligãt, confitenter non vere dictum: ostẽdam hic quomodo se ipsa contumacia suo telo cõficiat. Hoc libro quinquagies & sæpius scripturas citat Bellarmin. loca duo corrupta queritur vester, de cęteris

ris silet: si 48. recte citantur, non ergo plerũq; corrupta est versio qua vtitur Bellarminus: cur enim non monet, nõ corrigit Bellarminum, Bellarmino mastyx, si plerumq; est corrupta? Nam sine suspicione præuaricationis dissimulare non potest, si iudicat scripturam esse versione corruptam. At statuamus, quod falsum est, veterem versionem esse corruptã: quid nouis fiet: De illis vide sententiam Lutheri, libro *Prophetiarum eius*, *à Georgio VValchero collecto.* 2. *Roberti Stephani præfat. bibl. an.* 1557 *VVittak. cont.* 1. *q.* 2. *cap.* 7. *arg.* 5. *Beza in cap.* 10. *act. Eo inquit res iam deuenit, vt qui scripturã è græco conuertũt in latinum aut aliud idioma, quiduis sibi interpretando licere putent. &c.* Addit: *Cui libidini & audaciæ nisi occurratur, næ aut ego vehementer fallor, aut intra paucos annos paulatim, ipsarum quoque rerum possessione depellemur.*

Nouę versiones malæ, vetus bona.

Deinde facilis à latina veteri discessus, at difficilis est electio, inter tot nouas, melioris. Nam vt Lutheranam sequamur per vos non licet, *Munsterus*,

Rab-

Rabbinizat, teste Luthero, Buxdorffio, Pelicano, Tigurinis. Nec *Tigurinorum biblia legere voluit Lutherus*, vt ait Hospinianꝰ in historia anni 1544. Et VVittenbergenses contra Schererum. An forte *Erasmi* amplectemur? non sinit *Beza* in præfatione, & toto contextu noui testamenti. An *castalionis*? Beza, *eam impiam, indoctam, à sancto Spiritu, sententiâ prorsus, ait, discrepare.* Albericus, *profanam, & puerilẽ vocat.* An *Mercerij*? at nec illam approbat Beza. Quid fiet tandem *Bezanâ*? *Castalio* eum exagitat, *Samuel* Huberus *corruptissimam* vocat, *& multis locis sceleratissimam.* At superest *Iuniano Tremelliana.* Verum eam *Hugo Brugthonus* vocat *ineptissimam*: Imo nec probare potest *Drusius*, *Infinitas*, ait, *mendas in codicibus in quibus Iehoua.* Vt plurimum autem ita loquitur *Iunio Tremelliana.* Bellarmino ergo versionem de nouis integram offerat vester, & veterem deseret. Alias: *Veterem negligendam non existimaui, quia eã in multis locis vetustissimi græci exemplaris loco esse videbam*, ait *Robertus Stephan.*

phan. in Editionem suam, anno 1551. & Drusius l. 2. q. 81. *Interpres inquit vetus latinus, haud paulo melior, quam vulgo existimant.* Et 1. miscell. cap. 41. *Vetus interpres quædam melius conuertit, quam recentiores.* Eadem sententia Alberici de latinitate vulgatæ versionis c. 6. Veterem ergo versionem merito retinemus quæ placuit veteribus & catholicæ Ecclesiæ, & multis nouatoribus; nouatorum reiicimus quæ nulli veterum placuit, & displicet multis nouatoribus, imo neq; singulæ singulis sectis placent, sed nec suis semper conditoribus, tanta est libido vertendi, peruertendi.

3. Bellarminum *vti his testimoniis iuxta quorundam Conciliorum, Pontificum, Patrum, suum ipsius sensum intellectis.* Quod ille contumeliam putat, ego laudem maximam arbitror, an ex Lutheranis, Anabaptistis, Arrianis sensum hauriet? *Quis enim aduersus hæc hiscere audebit* (ait Scaliger in causa simili,) *nisi omnis vetustatis, imperitus?* si nec iuxta patrũ, nec conciliorum, nec

suum sensum intelligere scripturas debet Bellarminus, vnde sensum petent? an à vobis? an ex analogia? sed quanam Bezana, Pareana, Venatoria, Piscatoria, Arminiana, Sibrandica, Zanchiana, Vrsiniana, Vorstiana? nam analogiæ illæ valde sunt non modo diuersæ sed & contrariæ. Interim quod subiungit, telum validū est, sed in viscera iaculantis retorquetur.

De patribus citandis.

4. (pag. 10.) *Quarto loco Patrum auctoritates tanta coaceruatione accumulat, vt quandoq; integros libros illis repleat.* Negat deinde his imorari se velle, *quia humana sunt testimonia, parum firma.* Quodsi crimen est patrum auctoritates cumulare, eo tenentur qui contra Sozinianos, & Vorstium agunt, omnes, imprimis Matthæus Sladus; Tenetur & Bellarmini Magister Augustinus, cum libros multos, tum l. 2. contra Iulianum de patrum auctoritatibus contexuit. *Nunc mihi* (inquit) *aggrediendum est, quod tertio loco posui disputationis meæ, & sententiis Episcoporum, qui scripturas sanctas ingenti gloria tracta-*

tractauerunt, tua, Iuliane, Domino adiuuante, machinamenta subuertam. Non vt eos ostendam secundum Catholicam fidem de originali sensisse peccato, hoc enim iam primis huius operis partibus feci, vt inde monstrarem, quot & quantis viris Ecclesiæ, sanctis, clarisq; Doctoribus, Manichæorum (Antichristianorum) crimen impingas: Et cum me (Bellarminum) cupis apud imperitorum decolorare iudicia, eos qui Catholicã fidem contra hæreticos defenderunt, hæresis nefariæ nomine accuses. Æquis animis rem perpendite; an non tot confessores, martyres, pontifices inculpati, tales sint, quibus Magister vester erubescere, & cedere deberet? si vllus in eo, vel Dei timor, vel hominum pudor, tantũ malum peruicaciæ superauerit? Aut si cedere peruicacia prohibet, ne vitio saltem vertat Bellarmino, si fidei suæ ratem eo, quo tot saluæ iere carinæ, dirigat. Gloriosum putet ille nullum sequi, suæ sibi fidei esse auctorem, & interpretẽ, Bellarmini laus est, nihil sibi, nisi q; sanctorũ patrũ sentẽtia probatur, obiici posse. Illa vestrorũ in Bellarminũ

conuitia cumulans, profana vanitas; non tam est in discipulum contumeliosa, quam in sanctos ac beatos impia.

At testimonia illa sunt humana. At scripturæ consentanea, diuinitus inspirata. An vero catechesis Heidelbergensis est scriptum diuinum? An hæ ipsæ quas vester tanto conatu nugas agit, non sunt scripta humana? An cum, ait Bellarminum, *vti testimoniis vt plurimum apocryphis*, id mendacium non est humanum? Mihi vero inhumanum videtur.

Ratio octaua. Magister ipse vester victoriam ex verbo Dei, desperat, ideoq; vos, si mentem eius percipitis, à studiis, in bella, bella horrida cogit. (pag. 4.) *De Castro* (ait) *Antichristi inexpugnabili, pro cuius portis bellator hic armis gestit, expugnato, euerso, nondum gloriati sunt nostri. Nondum enim venit hora excidii Babylonis, vrbis magnæ, meretricis, inquam, magnæ, cuius carnes deuorabunt, quam igne exurent decem reges, quando Deus id dabit in corda eorũ.* Nunc demum intelligo, cur non modo *Theologorum,*

De aduersari ανθρωποφαγία.

logorũ, ſed & *Principum incuriam accuſet* (pag. 6.) Meã etiam ſimplicitatẽ, cui tã facile callid⁹ ſenex impoſuit agnoſco. Enimuero dum (pag. 3.) *VVittakerum, & exercitum Theologorum recenſeo, bona fide, φρουρημα illud, & ἀκρωτήρια turrium, tegulaſque metaphorice accipiebam*, & ille quoque de ſcriptionibus, & doctrinã agere ſimulat. Cum ecce mox vera incendia, viſcerationes, ſecures lebetas, ἀνθρωποφαγίας regias infert. Trãſuerſum ſua hominem fames abripuit, vmbratilem pugnam dicere velle videtur, ſed artem vincit ardor edendi, perit diſsimulatio, vincit affectus. Nunc recordor illius: (comm. in 13. Rom.) *Nullum vltionis genus, aduerſus Papam, iniuſtum, aut nimium eſſe.* Venit in mentem Pleſſeanæ præfationis. Belligerando ergo non diſputãdo vincere poſſe ſe putat, ferro non verbo, occidendo, exurendo, vorando, viſcera noſtra, in ſua viſcera condendo. Aliud orthodoxos expectere zelotarum non ſinit ardor, quippe qui nec fratrũ ſanguine abſtinent manus, ſi vera eſt

querela Conradi contra Sibrandum.

Postremum quod rogamus, hoc est: Vt si vestrum abstinere contumeliis, vel natura, vel odium non permittit, saltem arma, faces, ahenum, laniatum, dum loquimur differat, dictâ causâ, de carne nostra sibi iam dudum epulas expetitas instruat. Ne graue sit conferre in nos beneficiũ, quo à Cyclope maius impetrari non solet: ὄυτιν (inquit) ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισιν· Decet nos obtinere precibus à Cyclope Germano, quod Siculus vltro obtulit. Cyclope, inquam, cuius in fronte si non naturæ ὑστέρημα diuina prouidẽtia signauit, Ille tamen probrum animi inscriptis, & tesseram crudelitatis ostendit. Recte monet quidam è vestris. *Scimus sub prætextu moderationis, non esse Satanæ, vel Antichristo locum cedendũ, sed quis Satan, quis Antichristus sit, & quinã istis vere faueant, ante constare liquido oportet, quã alios sub obtentu huius laruæ diuexemus. Vorst:* (plenior: resp. pa. 43.) Valete, & mecum serio relectiones vestras relegite. Illustret Deus intelligentias vt veritatem

ritatem agnoſcant, roboret voluntates vt agnitam profiteri non pertimeſcant.

Defenſio

LIBRI DE GRATIA PRIMI HOMINIS à REVERENDISSIMO & Illuſtriſsimo Roberto Bellarmino S. R. E. Cardinale conſcripti.

Rectane hæc inſcriptio libri, De Gratia primi hominis?

1. Χάρις gratia etiam dona habitualia ſignificat.
2. Aduerſarius ſuis, ſcripturæ apertæ, ſibi contradicit.

TItulum mutari vellet Aduerſarius, ſcribiq; *de imagine Dei in homine.* (*pag.* 16.) Rationes eius.

1. Quia in gratiæ vocabulo latet fucus. pag. 15.

2. Gratiam hominis ſcriptura neſcit: gratiam Dei, Chriſti, ſolam nouit, prædicat.

3. Effecta ſeu dona gratiæ in nobis habitualia, ſcriptura non vocat χάριν gratiam, ſed χαρίσματα, δώρημα, δωρεὰν τῆς χάριτος.

χάρις etiam dona habitualia significat.

4. *Hoc quia vetus versio impropriè reddit gratiam, gartias: inde in scholis orta* ὁμωνυμία *gratiæ. Inde sophistæ in iustificationis negocio, pro gratia Dei fauente, mouente, dona habitus, actus, opera hominum supposuerunt.* pag. 16.

Quam portentosa imperitia, inquit (fol. 89.) Scaliger, testimoniū ibi datum hic ratum facit aduersarius, iusto iudicio permisit Deus, hominem sic abuti inscitia suorum, vt nulla aliorum iudicia revereretur. Nam tertia illius assertio cum perspicue falsa sit, reliquas cōcidere necesse est. Si enim habitualia dona in scriptura dicuntur gratia, certe null⁹ hic fucus est, & gratia hominis recte dicetur, nec versio vetus iure reprehenderetur. Quanquam & fauor Dei & eiusdem fauoris ἐνέργεια, seu auxiliū & Dei dicitur, & hominis: Dei fauētis, & auxiliātis; hominis cui fauor, auxiliumq; impēditur: sunt dona donātis, & recipientis. Sic Zach. 12. 10. Effundā sup habitatores Ierusalē spiritū gratiæ, & precū: certe gratiosus ille Spiritus erat domus Dauid, & habitatorū Ierusalem qui vtiq; homines erant. Do-

Dona autem habitualia, gratiam, χάριν, חן non modo χαρίσματα dici probamus Primo. Ex Hieronymo Zanchio, qui id ex patribus & Theologis acceptum approbat, li. 4. de natura Dei c. 2. q. 1. §. 3. *Tertio* (inquit) *accipitur* (gratia) *pro dono, seu pro omni donorum genere quæ ex gratia, & fauore donantur: siue hæc dona ad vitam æternam pertineant, vtiest fides, spes, charitas, & quæ cum illis coniunctæ sunt virtutes: siue non pertineant: vti sunt dona linguarum, miraculorum, & alia de quibus ad Corinth. & alibi. Sic Iacobus dixit ad Esauum fratrem de suis liberis: isti pueri sunt, quos Deus* חנן: *hoc est, gratificatus, seu ex gratuito fauore largitus est seruo tuo: Sic in actis Act.* 11. 23. *dicitur de Barnaba: qui cum vidisset* τὴν χάριν τοῦ θεοῦ (*hoc est, donum in credentes effusum*) *gauisus est. Et ad Corinth.* (2. Cor. 6.) *Ne in vacuum, hoc est, In vanũ gratiam Dei recipiatis: Hoc est, dona Dei. Sic ad Ephes. Vnicuique vestrum donata est gratia: secundum mensuram Christi.*

Secundo. Recte illa probat aduersarij magister; verum alia loca etiam Contra scripturã

iam scripturę idem confirmant, & quidem secundum sensum Caluinistarum intellectæ. Nam Hebræum חן fatentur & Mercerius, Ceuallerius, cæteri, *esse generale, ad corpus, animam, res omnes pertinere*, quemadmodum Chaldæum טיבא & חנא sic Psalm. 44.3. *Diffusa est gratia in labijs, quod siue de spiritu Prophetia cum Thargumistis accipias, siue de omni gratia*, certe hic dona nomine gratiæ significantur. *Nimirum* (inqt) *Iunio Trem. vt oẽs elegantia gratiaq; superares, imo in omnib. esses auctor elegantia & gratia*. De elegãtia spiritali sine dubio accipiendi sunt. Vide & Prouerb. 1.9 3.4 3.22 4.9.

Expressam agit.

Tertio. Ipsa dictio χαρις sic accipi solet. Ioan. 1.16. καὶ χαριν ἀντὶ χαριτος, quod Beza: *Gratiam supra gratiam, pro quo* (inquit) *eleganter dixeris: gratiam gratia cumulatã, vt significentur Spiritus sancti Dona pleno cornu per Christũ in suos effusa*.

Quarto. 2. Cor. 4.15. χαριν πλεονασασαν interpretatur idem Beza, *Ingẽs illud Beneficium, quod in Paulum effusum fuit*.

Quinto. 2. Cor. 8.1. vocat *diuinum beneficium*.

Sexto.

Sexto. Eph.3.8. vocat χάριν idē quod 67. dixerat, δωρεὰν χάριτος, idē Rom.1.5. etiam χάριν dicit, & quidem interprete Beza, ipsa dona gratiæ.

Septimo. 2. Cor. 1. 12. ἐν χάριτι θεοῦ, sic exponit Beza: *Id est, fretus ea sapientia, quã mihi Deus cœlitus est gratificatus, gratiam enim* μετονυμικῶς *accipit pro ipso dono.*

Octauo. Sic 1. Petri 4. 10. ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ. & 1. Pet. 1. 10. & 2. Pet. 3. 18. Nono. Aug. ser. 2. de verb. Apostoli, gratiã vocat *pluuiã*, & serm. 13. *medicinam, alibi copiam lactis*, omniaque de donis interpretatur.

Decimo. Pleriq; Caluinistæ vt Adolphus Venator, Vorstius, veritate cõuicti, nõ modo hanc gratię significationē agnoscunt, vt oẽs cæteri, verum etiã eo modo quo Catholici fere de iustificatione philosophãtur, vt in procemio ostensum est. Hæc ergo propositio: *Effecta seu dona gratiæ in nobis habitualia scriptura nõ vocat* χάριν, repugnat scripturæ patrib. Caluinistis veteribus & nouis.

Verum ne quispiam miretur obliuiosum senē tam illustri mendacio vestibulum Sibi contradicit.

Alibi sic fallit.

stibulũ libelli sui exornare voluisse, sciat eundem in com. in cap. 8. Rom. dub. 1. Resp. ad 1. *Gratiã* agnoscere *regenerantẽ*, quam concedere solet, donum esse. Deinde com. in 1. Rom. v. 7. ait: *Nos gratiam gratis datam, diuidere in internam, quæ sit habitus caritatis gratis infusus, & externam, quæ sint opera, seu merita, quæ vocemus gratiam gratis datam.* Quod adeo perspicuæ falsitatis est, vt vel pueris notum sit, nos enim omnia hæc gratiam gratis datam profitemur. Verum dona illa de quibus Apostolus Cor. 13. vocamus gratiam gratis datam, non quod non omnis gratia grati sit data: sed quia illæ gratiæ hominẽ Deo gratum non faciũt, sed in Ecclesiæ, aut aliorum vtilitatem donantur. Interim omnia gratuita gratia, ipsa etiam merita, & quæ meritis redditur merces, gratuita gratia est. Vere, & eleganter Augustin. de gratia & libero arbitrio. cap 8. *Itaque fratres carissimi, si vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia; sine dubio, & vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia est: & ipsa enim gratis datur.*

datur, quia gratis data est illa, cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, hæc autem quæ illi datur, quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia.

CAPVT I.

Fueritne homo primus cum dono aliquo supernaturali conditus?

1. *Bona Methodo disputationem Bellarminianam esse institutam.*
2. *Naturale quid? quotuplex?*
3. *Hominem in statu integræ naturæ quadam supra naturam habuisse.*
4. *Blasphemum est, homini integro nihil supra naturam dari posse.*
5. *Caluinus Pelagianizat.*
6. *A suspicione Pelagianismi vindicatur Bellarminus.*
7. *Aduersarius ad Flacianismum declinat.*

DOctrina Bellarmi. Primo. Gratia primi hominis triplex fuit. 1. Animæ, iustitia originalis. 2. Corporis, immor-

mortalitas. 3. Loci, paradisi amœnitas, vbertas.

Secundo. Vnum principium est Pelagianorum, & Lutheranorum cæterorumq; sectariorum: videlicet: *Nullum in primo homine fuisse donum supernaturale.*

Tertio. Ex illo duæ contrariæ hæreses exortæ sunt, Pelagiana: *Adami peccato nihil amissum, & qualis initio fuit, talem nunc etiam humanæ naturæ integritatem superesse.* Lutherana. *Perditum aliquid, sed naturale, liberum scilicet arbitrium.*

Quarto. Orthodoxi sentiunt. *Supernaturalia fuisse perdita, mansisse naturalia.*

Cauilla & calumniæ aduersarij eorumq; refutatio.

1. Aduersarius imperitè, falsò, malignè cauillatur & varia redarguere nititur.

Paradisus gratia. Obiectio, *Paradisum improprie dicit gratiam, vt eum huc capillis traheret.* (pag. 18. B.

18. R. Et propriè, & more scripturæ, gratia hominis dicitur Paradisus. Propriè: quia gratia donum est gratis datum, donum gratuitum. More scripturæ, quia חן testibus Mercerio, Ceuallerio, *ad animum, corpus, res omnes pertinet*, 2. *quia liberi Iacobi, gratia eius erant*: teste Zanchio caluinista. 3. 2. Corinth. 8. 4. τὴν χάριν Beza vertit *beneficentiam*, non recte quidem; quamuis sic recte interpretetur: *Hic verò* (χάριν) *Apostolus vocat illud ipsum, quod à Macedonicis vel iam collatum, vel statim conferendum erat in vsum sanctorum.* Illam pecuniam si licuit Paulo dicere gratiam, cur non licuit Bellarmino ita nominare Paradisum? nonne & eum Deus homini gratis donauit?

4. Falsum quoque, *Paradisum huc trahi capillis*: Nam 1. insigne erat beneficium ea loci amœnitas, vbertas. 2. quia in eius culturâ futurus erat Adam, quæ pars integeræ felicitatis. 3. Ad immortalitatis intelligentiam necesse erat agere, de arbore vitæ, quæ paradisi erat supremum ornamentum. 4. De paradiso

ſo fuere non paucæ difficultates, etiam hæreſes nonnullæ, hæ refellendæ, illæ diſſoluendæ fuerunt. 5. An Spir. ſanctus demonſtraturus nobis opes, magnificentiã, ſapientiam Salomonis, *capillis extrahit domũ regis, & domum ſaltus Libani, porticus, columnaſque, & Epiſtylia?* 3. reg. c. 7. v. 1. & ſeq. & c. 9. 1. & 10. an & ciuitates? 2. Par. 8. & Bellarmino nõ licuit ſine cauillo moroſi ſenis, cũ primi hominis dignitatem expoſuiſſet deſcribere eius habitationem? Sunt obiectiunculæ illæ friuolæ, & pueriles, nobis tamen ne illæ quidem negligendæ, vt candidus lector æſtimare poſſit, qualibus argumentis, puræ veritati contradicat intrida vanitas.

Obiectio 2. *Quæſtio eſt Sophiſtica ob* ὁμωνυμίαν, SVPERNATVRALIS, *debuit ergo diſtinguere naturale, & ſupernaturale ante omnia; nam cap. 5. id facit, ſero, perperam.* pag. 18.

Naturale quid.

Reſp. Vix etiam cap. 5. opus fuiſſe ea diſtinctione: nam in phyſicis tradi ſolet, ea igitur rudibus conſulitur, & philoſophiæ ignaris. Ante cap. 5. nihil opus

pus erat eum tradere, nam cap. 1. satis erat ostendere *sententias hæreticorum, & orthodoxorum*; qui eius scopus est, cap. 2. ait. *Hominem primum feliciorem fuisse nobis.* cap. 3. *Deo gratum:* capit. 4. *quodam auxilio non eguisse.* Quæ omnia recte intelligi sine illa distinctione potuerunt.

Obiectio tertia. *Naturale erat homini, quod naturam constituebat, anima, corpus, potentiæ, actus natiui. 2. Quod naturæ per se ex creatione adiacebat, sic dotes animæ, corporis immortalitas, felicitas. Supernaturale quod homini supra naturæ principia, & dotes natiuas inest, ad eius perfectionem. Sic nihil supernaturale habuit homo in primo statu, sed omnia natiua ex creatione, iuxta naturam integram.* pag. 18. & 19.

At pag. 21. Grandius etiam loquitur: *Supra naturam integram nihil habere potuit homo, nisi Angelicū, vel diuinum per quod homo, non homo fuisset, sed Angelus, vel Deus: quod est absurdum. Dona ergo illa naturalia naturæ integræ, supernaturalia corruptæ fuisse* concludit. Re-

 spons.

spons. 1. *Hominem nihil habuisse supernaturale in illo statu*, falsum est. 2. *Nihil habere potuisse, nisi fieret homo non homo*, portentosum est.

De primo, cap. 5. agetur ex instituto. Nunc falsum esse tribus modis demõstro. 1. Genes. 2. 19 Nomina imponit Adam cunctis amantib. *Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomẽ eius*. Hoc ipsum Idioma, quo omnia continuo nominabat, & tot nominũ millia, eorumq; variationes vno momento tenebat, supra naturã erat. Hoc vel ex eo cognoscimus, quod Eua mox à creatione eandem linguã callebat, vt in eadẽ verba, eosdemq; verborũ flexus consentirẽt, certe ne illo quidem statu, naturalis erat alienarum cogitationum cognitio, at Eua à primo statim conditu suo mox omnia illa signa, non naturalia, ex instituto, cognouit, & eadem Adamum tenere sciebat, non autem ex principiis naturæ integræ eam cognitionem hauriebat, non magis, qua nunc ipsi beati Angeli suas mutuò cogitationes agnoscunt. Et quan-

Idioma nõ erat Adamo naturaliter datum.

quanquã cognitio ipsa naturaliter dari potest, eo tamen modo naturaliter nõ habebatur. 2. Fidẽ habuit, quæ cum sit de sum̃is Dei mysteriis, non magis naturalis est naturę humanæ integræ, quã ipsa Dei beatissima in gloria cœlesti visio? Nec ad rem facit, quod à natiuitate fuerit indita, nam si Adamum primo creationis momẽto in plenissimam felicitatem assumeret, non tamen illa gloria foret illi naturalis. Verum de his lector consulat, c. 5. Nec fides naturalis.

3. Prophetia nulli creaturæ quantumuis integræ, siue Angelicæ siue humanę est naturalis, eo dono præditus fuit Adã, habuit ergo donũ aliqꝫ supernaturale. Propositio ꝓbatione non eget: clare Isa. 41.23. *Annũciate nobis quæ ventura sunt, & sciemus quia Dij estis*, Dei consilium de futuris euentibus naturaliter nulla creatura cognoscere potest. Sola increata creatrix natura, suorum sibi secretorum naturaliter conscia est, eorundem omnibus creaturis summa est ignorantia naturaliter, nisi creatori, supra earum naturam visum fuerit Nec Prophetia.

illis patefacere. Assumptio constat ex Gen. 2. 23. & sequent. Nam תרדמה seu ἔκστασις, illa Prophetiæ fuit, ideo subiungit: *Hoc nunc os*, &c. Iuuat audire in re certa August. lib. 10. de Gen. ad lit. cap. vlt. *Ac per hoc etiam illa ecstasis, quam Deus immisit in Adam, vt soporatus obdormiret, recte intelligitur ad hoc immissa, vt & ipsius mens per Ecstasin particeps fieret, tanquam Angelicæ curiæ, & intrans in sanctuariũ Dei, intelligeret nouissima. Denique euigilans, tanquam Prophetiæ plenus, cum ad se adductam (costam) mulierem suam videret, eructauit cõtinuo, quod magnum sacramentum commẽdat Apostolus; Hoc nunc, os, &c. quæ verba cum primi hominis fuisse scriptura ipsa testetur, Dominus tamẽ in Euangelio Deum dixisse declarauit. Ait enim: Non legistis, quia qui fecit ab initio masculum & fœminum fecit eos; & dixit: Propter hoc, &c. vt hinc intelligeremus propter Ecstasin quæ præcesserat in Adam, hoc eum diuinitus dicere potuisse.* ante dixerat idem August. *Harum rerum mysterium non absconditum in mundo, in quo sunt absconditæ causales rationes rerum natu-*

naturaliter oriturarum, sed in Deo, qui vniuersa creauit. Prophetam fuisse docet, 2. de nuptijs, & conc. c. 4.

Neque cauilletur aduersarius: Ideo naturalem fuisse, quod in creatione indita fuerit. Nam postquam creatus est, in paradisum ductus, serua animalia suis discreuit appellationibus, cum adiutorium simile sibi nō inuenisset, cum sopore graui pressus iacuisset, tum demum de magno illo sacramento Prophetauit. Nullo ergo modo naturalis fuit Prophetia, nisi quod naturam ornaret, quo modo Dauidi etiam, Isaiæ, cæteris fuit naturalis.

Alterum pronunciatum in Deum blasphemum est, scripturæ, & rectæ rationi contrarium. Scilicet: *Supra naturā integrā nihil habere potuit homo, nisi Angelicum, vel diuinum, per quod homo, nō homo fuisset, sed vel Angelus, vel Deus.* Nam primo maligne omnipotentiam Dei restringit; Consectarium est enim, Deum omnipotentia sua nihil, Adamo conferre potuisse, quod naturam eius integram superaret. Nam Di-

Homini integro nihil esse supernaturale posse, blasphemum est.

uina omnipotentia homini id tribuere non potest, per quod homo, sit non homo, sed vel Angelus, vel Deus. Sed quicquid supra naturam integram est, *per illud homo est non homo, sed vel Angelus, vel Deus:* Nihil ergo diuina omnipotentia potest dare homini integro quod naturam eius superet. An ergo ὑποςατικῶς naturam integram non potuit diuinæ personæ DEVS coniungere? An verò illa fuisset coniunctio non supernaturalis? Insania est, illa sentire, furor aliis persuadere velle. Annon naturæ integræ sua hypostasis est naturalis, ac consequenter eius cum infinita hypostasi commutatio supra naturam? an ex principiis naturalibus, vel hominis sanctissimi, vel Angeli fluere potest? an naturæ naturalis est à naturali hypostasi ad increatam migratio,

Hinc sequi vnionem hypostaticam esse homini integro naturalem.

Propriæ hypostaseos amissio & cum duinitate vnio? At dicet: *Per hæc homo iam erit DEVS.* Verum est, DEVS erit; Sed communione idiomatum, non mutatione naturæ, quod aduer-

aduerſarius concludere laborat, cum ait hominem fore non hominem, certe Chriſtus ita Deus eſt, vt tamen ſit homo. Anathema, ſi quis dicit: Chriſtus non homo.

2. Efficere poteſt DEVS illa, quæ ſupernaturalia naturæ corruptæ, cur non quæ integræ? *Omnia ſicut initium habuerunt ita certum habent finem, quodque in ſua ſpecie.* At Deus cuiq; etiam virtutem excellentiorem conferre poteſt. Homini alicui integro maiores intelligendi, mouendi vires quam Angelo, nec tamen qualitatis melioris additione mutari neceſſe eſt naturam, nonne omnipotens illa manus corpuſculo formicæ robur inſerere poteſt Elephanti? nonne ſolis lumine lunam, ſtellas, imo & cicyndelam ornare? nec illo tamen corporum naturas ſplẽdore mutabit, ſed decore nouę lucis augebit. Nulla natura tã nobilis eſt, quâ nõ millies nobiliorẽ efficere queat factor naturę, fictor ille locuſtæ. Nulla tã capax, cui non infinita conferre poſſit ornamenta ſuperantia naturam, ille

 apud

apud quem non est impossibile omne verbum. Vorstium detestamur de immensitate Dei oppugnata frigidè se excusantem: Hunc, cui Dei omnipotentia nihil efficere potest supra naturam integram protoplasti feremus?

3. Angelorum beatorum nonne integra natura, perfecta est gloria? at infinities in eos Deus ornamenta conferre potest plura, maiora, noua, quæ supra naturam essent Angelorũ, quia nec ex principiis naturæ, nec ex creatione. Eadem multo magis essent supra naturam hominum, quibus tamen eadem omnipotentia, donare eadem potest.

Ego cùm Scaligero sentio: *Hanc (inquit) insaniam vlli homini, qui aliquos in literis progressus fecit, incessisse vix crederem, nisi hic scriptum viderem.* fol. 72. Elenchi. Hoc iudicium, vtcunque se habeat in eorum controuersia, hoc loco aduersarius oraculum esse comprobauit.

Consensus Caluinistarum, & Pelagianorũ.

Obiectio quarta. pag. 19. & 20. *Non conuenimus in vno principio (cum Pelagianis.)*

nis.) Negant illi in primo homine quicquã fuisse supra naturam corruptam, vt nunc est. Negamus nos quicquam fuisse supra naturam integram, vt tunc fuit: supra corruptam, vt nunc est, minime negamus.

Respon. Pelagiani aliquâ parte grauius errabant quam Caluinistæ, nam illi nec corruptæ, nec integræ naturæ supernaturale quicquam admittunt, Caluinistæ nihil integræ. Parte aliâ Caluinistarum, nihil posse esse supernaturale naturæ integræ, fœdior hæresis.

2. Pelagiani omnia referendo in naturam, & naturalia, Deumque auctorem naturæ. Veram gratiam quæ supra naturam est, tollebant, at cum primo homini tantum naturales dotes concedant, supernaturales negēt Caluinistæ, necesse est in eodem hærere luto. Verba Pelagii apud Augustinum (de natura & gratia, cap. 44) *Sed hoc est quod multos mouet, inquies, quod non per Dei gratiam homines sine peccato esse posse defendis. O ignorantia cæcitas, o imperitæ mentis ignauia, quæ id sine gratia Dei defensari existimat, quod Deo tantùm au-*

dicat debere reputari. Nam cum dicitur ipsum posse, arbitrii humani omnino non esse; sed auctoris naturæ, Dei scilicet. Ecqui fieri potest, vt absq; gratia Dei intelligatur, quod ad Deum propriè pertinere censetur? gratiam se defendere iactabant, cum naturam à Deo gratuito factam dicerent, verum aliam gratiam vrget Augustinus, quæ scilicet, sit supra naturam, ideo illa Pelagiano Caluinistica refutat; Non illi sufficit, Deo tantum reputari, esse auctoris naturæ, ad Deũ pertinere; sed præter hæc requirit adiutorium Dei, nec modo de statu hominis corrupti, sed integri etiam id affirmat. c. 48. Et adiutorium non naturale, sed supernaturale, nam requirit *in integra & sana hominis natura adiutorium, quo adiuti non peccemus*, quod non requirit, vt peccemus, ideo ait, *non rectè dici, quod non peccare nostrum tantummodo sit: quamuis peccare nostrum esset.* Deniq; quid magis aduersarius vrget, quã id quod Pelagio Obiicit August. *Ideo Dei gratiæ tribuit non peccandi poßibilitatem, quia eius naturæ Deus auctor*

ctor est, cui possibilitatem non peccandi inseparabiliter insitam dicit? Cur Dei gratiæ Caluinista tribuit non peccandi possibilitatem, quam habuit protoplastus? *quia eius naturæ auctor est Deus, cui possibilitatem non peccandi naturaliter insitam dicit?* Imo, vt postea dicit, quam non potuit Deus facere nisi naturaliter iustam, & sanctam: vt si facere vellet, cogeretur & sanctam facere, quemadmodum cum hominem creauit, naturali connexione rationalem creare debuit, atque ita gratia aliud illis non est, nisi natura, & natura; naturaliaque sunt gratia. Augustini ergo argumentum tam illos quam Pelagianos conuincit.

Obiectio. 5. pag. 20. *Bellarminus cum Pelagianis in eodem hæret luto. Pelagiani dicunt hominem nihil omnino perdidisse. Bellarminus hominem nihil perdidisse de naturalibus, idem ambo volunt. Dicunt illi, homines tales tunc fuisse, quales nunc nascuntur. Bellarminus homines, tales futuros fuisse, quales nunc nascuntur, si Deus in puris naturalibus eos creasset, idem ambo volunt.* Falsò Bellarmino obiicitur Pelagianismus.

Resp.

Respon. 1. Mira peruicacia, non cedere veritati, quam ipse loquaris. *Pelagiani nihil omnino, Bellarminus nihil de naturalibus perdidisse ait, De supernaturalibus omnia, iustitiam, caritatem, immortalitatem.* Hæc si aduersario nihili sunt, profitetur atheismum, si res esse arbitratur, quis excusabit impudentiam?

2. *Volunt, Pelagiani homines tunc fuisse tales, quales nunc nascuntur.* Hoc Bellarminus pernegat, imò integris paginis refutat. Sed ait: *Deum potuisse homines creare quales nunc nascuntur, sed excepta culpa, sine qua nunc non nascuntur.* An idem valet: *tales esse factos, quod volunt Pelagiani*: & *tales posse fieri excepta culpa quod vult Bellarminus*? quomodo ergo idem volunt? Si Caius dicat: *mentitum esse* Pareum, Titius: *mentiri potuisse*; an idem volunt?

An perierit liberum arbitrium.

Obiectio 6. *Liberum arbitrium homo non perdidit, nec vllam partem, potentiam, operationem propriam, sed arbitrii bonitatem, non ergo dicimus periisse arbitrium.*

Resp.

Resp. Hæc quidem verè: nam reuera mansit potentia libere eligendi, volendi, nolendi, vt concedit; periit facultas eligendi bonum saluti necessarium, & verè spirituale quæ per gratiam instauratur.

At com. in Rom. cap. 7. 7. 1. *ipsam concupiscibilitatem deinde motus titillantes sensum, intellectum, voluntatem, peccatum esse, docere nititur.* Cum verò quæritur quidnam ad sit mali hisce rebus, vt dicantur peccata? *ipsam facultatem peccatum esse fatetur.* Consequens ergo est liberum ipsum arbitriũ iam esse peccatum, si adsit, peccatum, inquam, non μετονυμικῶς, vt D. Paulus vocat aliquãdo, sed veri nominis peccatum, at ante non fuit peccatum, nõ est ergo idem arbitrium. Nam etsi qui ante non erat peccator, suo facto fieri possit peccator, nõ tamẽ res, vel actio quæ ante non erat peccatum, fieri potest ipsa peccatum. 2. Nimis illa lenis est interpretatio, cõtraq; ea quæ Caluinus & Beza docuerunt, vt suo loco exponetur.

Obiectio.

Obiect. 7. pag. 21. & 22. *A bono spirituali voluntatem prorsus auersam*, probare nititur: *Tum quia voluntati sic auersæ, ac depravatæ, ratio cæcutiens bonum spiritale non monstrat, vel non monstrat sub specie boni, sed sub specie mali: Quia homo animalis non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.*

Resp. Distinctione declaranda est sententia ambigua, Auersa est voluntas peccatoris à bono spiritali, supernaturali; nihil enim quod ad salutem faciat, agit: Non est auersa ab omni bono honesto morali, multo minus quicquid eius boni ratio monstrat, id monstrat sub specie mali, vt ex Adolpho Venatore ostensum est in proœmio. Neq; enim Ethnicus si miseratius hominem seruat, si honeste, iuste, viuere decernit, his actionibus obnoxius æternæ pœnæ redditur.

Lutheri Pelagianismus.

Obiectio 8. Iniuriâ queritur, *Luthero tribui Pelagianismum.* pag. 22. & 23. Respon. Illum tam esse aperte Pelagianum, vt negari non possit, quia loquendi est incautior; *ita naturalem, ait, fuisse in illo statu iustitiam, vt natura*

da es-

da esset diligere, credere Deo, agnoscere Deum. Hæc tam naturalia fuêre in Adamo, quam naturale est, quod oculi lumen recipiunt, itaque in Lutherum Pelagianum conuenit, quod in Pelagium dixit Augustinus (de nat: & gr. cap. 51.) *Expressa est sententia quæ latebat, non est quemadmodum possit abscondi.* Nam & Pelagius: *Posse in natura necessitate volebat consistere, nec aliam gratiam agnoscebat in natura nostra*, (etiam ante lapsũ) *quam possibilitatem quæ est auctoris naturæ.* Itaque, Adamus in credendo, amando, non alio adiutorio quam naturali, & communi eguit, vt oculus lumine ad videndum. Nulla ergo in eo distinctio naturæ & gratiæ: quicquid enim gratiæ nos acceptum ferimus, hoc naturæ concedunt illi.

Obiect. 9. Bellar. c. 1. col. 3. §. Hanc aũt Docet Caluini opinione, *integritatẽ primo homini fuisse naturalẽ.* hoc argumen. *Caluinus liberum arbitrium ad naturã hominis pertinere concedit, quemadmodũ ad eiusdem hominis naturam pertinet, vt sit animal rationale, deinde mutationẽ peccato factam*

factam in amissione liberi arbitrii constituit, si ergo corruptio est amissio liberi arbitrii, integritatem esse ipsum liberum arbitrium necesse est, aut eius præcipuam partem. At illud est omnino naturale homini, ergo & integritas.

Obiicit 1. aduersarius; *Caluinus nec naturalem, nec supernaturalem dixit integritatem, quid ergo peccauit?*

Resp. Peccauit, quia *naturalem dixit*, cum id dixit, ex quo *naturalem esse* euidenti ratione consequitur. Non dicta modò, sed dictorum etiam consectaria dicimus. Exemplo non intempestiuo rem declarabo. Dixit aduersarius: Com. in 7. Rom. dub. 2. resp. ad 6. *Liberum arbitrium, seu voluntatem primorum parentum fuisse verè peccatum, etiam ante eorum lapsum. 2. Dixit, seipsum esse veri nominis peccatum more Flacciano.* Nam ea dixit, quorum hæc sunt consectaria; Verba eius probare conantis concupiscentiam esse peccatum. *Vt igitur non sequitur: Qui gignit hominem non est ipse homo: sed contra: Qui gignit hominem, est ipse etiam*

etiam homo: quia vnumquodq; gignens gignit sibi simile, & omne genitum participat naturam sui gignentis: ita minimè sequitur: Concupiscentia gignit peccatum. Ergo non est ipsa peccatum, sed contra: Ergo & ipsa peccatum est. Causa enim peccati peccatosa sit necesse est.

Hinc consequitur: liberum arbitrium Adami genuit peccatum, ergo & ipsum erat peccatum. 2. Vnumquodque gignens gignit sibi simile, concupiscentia est gignens peccatum, ergo gignit sibi simile, ergo & ipsa peccatũ. Ego quoque ratiocinor: Adamus fuit, & parens est gignens peccatum, ergo gignit sibi simile, ergo & ipse peccatum. 3. Omne genitum participat naturam sui gignentis, peccatum actuale est genitum, ergo participat naturam sui gignentis, ergo genitrix concupiscentia etiam ipsa peccatum est. Ergo genitor Adam etiam ipse peccatum est. Si ergo & arbitrium Adami, & Adamus ipse peccatum est. Quid Deo fiet ista creanti? Verum ista sunt ludibria puerorum, existimantium se illa

ſolum diceret, quæ verba ſonant, non quæ ſenſum ſequuntur. *Solem ortum, non diem eſſe dixi*: excuſabat ille. Vnico culmo qui ignem admouet, graſſantis incendii crimine arceſſitur.

Necdum tamẽ cauſam Caluini deſerit aduerſarius, donec incogitantia prorſus euertatur. (pag. 23.)

Bellarm. argu. quo probare voluit; *Caluinum dixiſſe integritatem primo homini fuiſſe naturalem, ait, ſi formetur, fore tale: Liberum arbitrium eſt naturale homini, fatente Caluino. Integritas primi hominis conſiſtebat in libero arbitrio. Eodem fatente. Ergo integritas primi hominis erat naturalis. Concluſionem poſteriore ſenſu non negabit Caluinus. Sed falſam dicit vtramq; præmiſſam.*

Reſp. Vtramq; præmiſſam? Harum prima eſt: liberũ arbit. eſt naturale hõi fatente Caluino. Si eã negat. Hanc ergo concedat neceſſe eſt, lib. arbit. non eſt naturale homini, eſt ergo vel contra vel ſupra naturam hominis. Non contra naturam, nec ſupra, ergo naturale Primo hõi, hoc n. à Bellarmin. additur.

Pergit

Pergit Pareus. *Maior falsa: quia falsum, quod Caluinus fateatur, recte à Philosophis iudicatum esse, non fore hominem rationale animal, nisi inesset libera boni & mali electio.* Verba Caluini sunt: *Probe quidem hactenus Philosophi, si nulla fuisset in homine mutatio: quæ dum eos latuit, &c. Quod conditionaliter: si nulla: Caluinus dedit, Bellarminus Catagorice accepit. Quis hic candor?*

Resp. Candidè agere Bellarminum, & conditionaliter accipere, quod ille conditionaliter dedit, & ex eo deducere aliud absolute, quod aduersarius negare non potest. Verba Caluini. *Principium illud tenebant*, (Philosophi) *non fore hominem rationale animal, nisi inesset libera boni & mali electio. Veniebat illis in mentem, alioqui tolli discrimen inter virtutes, & vitia; nisi proprio consilio vitam homo institueret. Probe quidem hactenus, si nulla fuisset in homine mutatio; quæ dum ipsos latuit, nihil mirum, si cælum terræ misceant.*

Hinc argumentū Bellarmini: si nulla fuisset in homine mutatio, probe

iudicaſſent Philoſophi, non fore hominem rationale animal, niſi ineſſet libera boni & mali electio. Sed in primo homine integro, nondum erat vlla facta mutatio, ergo probe iudicaſſent eum non fuiſſe animal rationale, niſi ineſſet libera boni & mali electio. At ſine quo homo integer, nondum factâ vllâ mutatione, non fuiſſet animal rationale, id illi homini vtique erat naturale. Naturalis ergo integritas, quod ſufficit Bellarmino. Nec dum finis oppugnandi præceptoris ſui Caluini. (pagin. 23.) *Minor etiam falſa: quia Caluinus tantum dicit, hominem in integritate libero arbitrio polluiſſe: Partem igitur integritatis agnoſcit, non totam integritatem facit liberum arbitrium.*

Reſponſ. Bellarminus nec totam integritatem, nec partem eius affirmat à Caluino dici liberum arbitrium, ſed eum dicit, mutationem quæ per peccatum facta eſt, in liberi arbitrij amiſſione conſtituere; quod veriſſimum eſt, ait enim: *Niſi ineſſet boni & mali electio, hominem non futurum fuiſſe rationale ani-*

le animal, si nulla fuisset mutatio. Mutatio ergo illa electionem liberam sustulit.

2. Bellarmino sufficit, vel partem integritatis esse liberum arbitrium. Sic enim iustitiæ originalis pars naturalis fuerit primo homini.

3. Hinc efficaciter Caluini hæresis conuincitur. Pars integritatis in primo homine erat liberum arbitrium, sine quo ille non fuisset rationale animal. Ergo cuicunq; deest illa pars, nõ est ille rationale animal. Eodem n. modo ille, & nos sumus animalia rationalia.

CAPVT II.

Hominem non esse initio conditum, qualis nunc nascitur, sed multo feliciorem.

1. *Primus homo creatus felicior nobis.*
2. *Malum quod præter naturam quibus bonis repugnet.*
3. *Pelagianos recte refutat Bellarmin: auctoritate patrum.*
4. *Nudum aduersarii mendacium spectandum exhibetur.*
5. *Quid imago, & similitudo Dei?*
6. *Aduersarius sua interpretatione iustitiam imputatitiam euertit.*
7. *Nuditas protoplastorum non pudenda.*
8. *In illis diuersæ propensiones.*
9. *An mutabiliter iusti?*
10. *An fide præditi?*

QVatuor propositiones proponit Bellarminus.

Quarum primam hoc capite cæteras sequentibus probat.

Propositio prima. *Homo non fuit creatus*

creatus, qualis nunc nascitur, pronus ad malum, infirmus, ignorans; sed rectus, iustus, sapiens, sine concupiscentia, & difficultate, quam ipsi in nobis assidue experimur.

Propositionem veram fatetur aduersarius, quam & ipse contra Pelagianos tueatur. Non tamen artis, quam factitat, oblitus, nodum in scirpo quærit nisi aliqua noceat, moriturus. Nam 1. Titulum corrigit; *Hominem non esse initio conditum, qualis nunc nascitur, sed multo feliciorem: quod obscurius: debuit (inquit) addere præstantiorem feliciorem.*

Titulum corrigit.

Resp. Pigeret etiam hisce excutiendis immorari, nisi & sua aduersario ob oculos esset ponenda ruditas, & indocti, quorũ imperitia fidentior efficitur, instruẽdi. Nõ satis erat dicere *feliciorẽ*? addendum *præstantiorem*? Imo vero *feliciorem* nemo dixerit, nisi *præstantiorẽ*, felicitas secretis malis, cumulata bonorum complexio est, inter ea bona præcipua sunt, quibus homo redditur *præstantior*, hoc est, virtutes. Malum,

asotum, felicem non dixerit, non modo Bellarminus, sed nec Plato, Aristotelesue, imo nec Epicurus, nisi forte ebrius. Verum ne fallare lector, latet sub re leuiculâ, quis crederet? grande mysterium Caluinisticum, sub tantulo lapillo regulus. Non sine spe compendii idiotica fallacia auditoribus suis veteratorius liuor illudit. Quid igitur (malum) iuuare senem potest, si Bellarminus dicat *feliciorem, præstantiorem?* Multum sane. Caluinistæ Adamo sunt feliciores, iustitiam ille perdidit, hi perdere non possunt. Adamo imputatum est peccatum, his non imputatur. Adamus de constantia incertus erat, hi certissimi. Adamus integrè non erat beatificatus, vt cui hæc defuerunt, at Caluinistæ integrè sunt beatificati, ita aduersarius com. in 4. Rom. dub. 5. ad 2. *Imputatio iustitiæ, testante Apostolo ex Dauide, non est partialis, sed integra beatificatio, at remissio peccatorũ est imputatio iustitiæ, vt patet ex æquipollentiis Apostoli. Deinde iustificatio, & beatificatio, non alia flagitiosorũ, alia sanctulorũ*: Feliciores

Cur titulum corrigat aduersarius.

res ergo ſunt Adamo Caluiniſtæ. At nō præſtantiores, nam Adamus in ſe, & vt ipſi aiunt, natura erat rectus, ſanctus, iuſtus: illi verò ſordes, pollutio, abominatio. vt ergo omnibus Adamum præponat, non ſatis erat dicere, *feliciorem*: nam excipientur Caluiniſtæ, ſed addendum *præſtantiorem*, vt & illi cedant, & felicitatem aliquam abſq; virtute, & flagitioſam humana prauitas conſectetur.

Obijcit 2. Primam propoſitionem euertere quartam. Quarta eſt: Integritatem primi hominis non fuiſſe naturalem. Argumentum eius. pag. 27. *ſi pronitas ad malum, infirmitas, ignorantia, concupiſcentia, difficultas, non fuerunt de hominis natura: vtiq; nunc ei inſunt præter naturam. Contraria igitur rectitudo, iuſtitia, ſapientia, felicitas ei fuerunt iuxta naturam, naturalia non ſupernaturalia. Quorum enim contraria inſunt præter naturam, ea iuxta naturam ineſſe, & naturalia, non ſupernaturalia recte dici manifeſtum eſt.*

Reſponſio. Quatuor eſſe σφάλματα.

Deprauat verba Bellarmini.

1. Non affirmat Bellarminus pronitatem, & cætera non fuisse de natura hominis, sed eum non creatum pronum ad malũ,&c. id vero nõ fuisse naturæ, sed gratiæ beneficium, natura in se talis erat futura, nisi gratia obstaret. Nam si Deus aquam calentem crearet, non ideo frigus non esset iuxta eius naturam, cum fatiscente calore mox insurgeret.

Ludit æquiuocatione.

2. Prorsus à scopo abit. Nam *iuxta naturam esse* opponit ei quod *præter naturam est*, non quod *supra naturam*. Iustitia, & similia sunt iuxta naturam, naturæ ornamenta, sed supernaturalia; vitia præter naturam, naturæ defectus, quibus opponuntur ornamenta virtutum naturalia, & supernaturalia. Hoc ergo concludit, quod docet Bellarminus. Si vitia naturam dehonestant, ideoque non sunt ei consentanea, virtutes ergo eam ornant. Quæ omnia de natura corrupta plane eodem modo dicuntur.

3. Axioma, *Quorum contraria insunt præter naturam, ea insunt iuxta.* sensu iam expli-

explicato concedi poteſt. Nam etiam nunc naturæ corruptæ, ornamentum eſt virtus, & dedecus vitium. Hoc præter, illa iuxta naturam.

4. Idem axioma generaliter, acceptum ψευδόγραφον eſt. 1. In rebus diuerſarum rationum. Præter naturam ſunt tormenta damnatorum, nec tamen iuxta, ſed ſupra naturam gaudia beatorum. 2. In ſimilibus. Præter naturam nobis eſt mors, vt ipſe fatetur, nec tamen non ſupernaturalis immortalitas. Nam ei quod *præternaturale eſt*, nõ modo contrarium eſt *naturale*, ſed etiam *ſupernaturale*. Nonne intemperantiæ apponitur habitus naturalis temperantiæ philoſophicæ, & ſupernaturalis Chriſtianæ? 3. Suis ipſe verbis, quod aſſerit euertit. *Vtiq;* (inquit) *nunc inſunt ei præter naturam pronitas ad malum, &c.*

Reſp. Non tamen eis contraria gratia renouationis, prõptitudinis ad bonum, fortitudinis, illuminationis, dilectionis, ſunt iuxta naturam, hoc eſt naturalia, ſed ſupernaturalia. Tam enim, vt ſæpe dictum, malis repugnant

bona

bona supernaturalia, quam naturalia; Quod philosophi ignari gratiæ diuinæ, non agnouerunt, ideo & nouus ille Pelagianus Silesius naturã laudat, vt gratiam taceat, rationemq; non è verbo Dei, sed inani & seductrice philosophia deducit. Hæc generatim Cauillatus, deinde argumenta Bellarmini, omnia quidem vera, sed languida suo iudicio, arrodere pergit.

Argumentum primum Bellarmini. Gen. 1. *Creauit Deus hominem ad imaginem suam, & ad similitudinem suam. Imago naturam intelligentiæ, & voluntatis, similitudo sapientiam & iustitiam significat.* Hoc probat auctoritate 10. patrum & concludit *sapientiâ & iustitiâ primos parentes præditos fuisse.*

Aduersarius quinque Cauillatur 1. pag. 28.

1. *Perperam citat Mosis verba: quæ sic habent: Creauit Deus hominem ad imaginem suam, seu in imagine sua. De similitudine nihil ibi, sed versu præcedente Moses imaginem, & similitudinem coniunxit.*

2. *Deinde tota vis argumenti, non au-*

ctorita-

ctoritate scripturæ, vel Mosis nititur: sed sensus scripturæ ædificatur super patres, non patres supra scripturam, quod est præposterum. Maiorem igitur non ex glossa patrum, quam hæretici non admittunt, sed ex scriptura probare debuit.

3. *Vix tres, quatuor ex patribus imaginem & similitudinem ad eum modum distinguunt: ex reliquis distinctio haberi non potest.*

4. *Nec vera est patrum distinctio*: vt patet ex Caluino in gen.

5. *Alio modo argumentum formandum est*: vt mox patebit.

Responſ. ad 1. Non Bellarminus perperam citat, ſed omiſsis verbis ad inſtitutum non pertinentibus, ſeruato vero ſcripturæ ſenſu, ea coniunxit, quæ rem conficerent: fraudulenter ergo aduerſarius v. 27. annotauit, cum nullum ſignet Bellarminus, ſed quæ in v. 26. & 27. ſunt, conuinxit, qui mos citandi, non modo patrum, ſed Pauli eſt penè perpetuus.

Responſ. ad 2. Calumnia eſt, ſenſum ſcripturæ ædificari ſuper patres à Bellarmino.

larmino. Vera est querela Adolphi Venatoris, suos aduersarios Caluinistas rigidos, velle Catechesin Heidelbergensem *esse normam interpretandi scripturas*, scripturæ veritas solo Deo nititur, eius veritatis agnitio nobis per fideles Doctores traditur. Hinc & in colloq. Momp. (pag. 347.) Lutherani eo prouocant. & Matthæus Sladus in Scholast. disp. pro magno rege Britanniæ, multus est in cōgerendis auctoritatibus. Deniq; ea disputandi ratione perpetuò vti solet contra Pelagianos August. l. 1. & 2. contra Iulianū Pelagianum, & aliis contra ipsum Pelagium.

Pelagius magni patres facere se simulabat.

Deinde verba illa: *Maiorem igitur non ex glossa patrum, quam hæretici non admittunt, sed ex scriptura probare debuit:* Et causæ, & temporum continent fœdam ignorationem. Nam Pelagiū patrum scriptis abusum testis est August. Lib. de natura & gratia cap. 61. Et l. 1. de gratia Christi contra Pelagium & Cœlestiū, Inducit Pelagium, non modo citantem, sed prædicantem patres. *Beat. Ambros. (inquit Pelagius) Episcopus*

piscopus in cuius pracipue scriptis Romana elucet fides, qui scriptorum inter latinos flos quidam speciosus enituit, cuius fidem, & purissimum in scripturis sensum, ne inimicus quidem ausus est reprehendere. Ita apud Aug. cap. 43. An contra tales non producat patres testes Bellarminus præeunte Augustino, etsi abnutante Caluinista? Imo Pelagius, vt l. 4. contra Epist. Pelag. testatur idem, & Hier. l. 1. cōtra Pela. *Imitatorē se Cypr. profitebatur.*

Resp. ad 3. An vero *vix tres, quatuorue patres sic locum interpretantur?* Quid opus tam conspecto in re clara mendacio? Decem producit Bellarminus, quorum 8 expresse ita distinguunt, ex duobus reliquis sensus ille deducitur. Vt tamen etiam iniqui iudices, damnare falsitatis eum cogantur, audiant Caluinum, (com. in gen. 1. 26. *De istis inquit vocibus interpretes non consentiunt, inter plerosq; tamen, & fere omnes, conuenit, imaginem à similitudine distingui, atq; hac fere communis est distinctio, vt imago sit in substantia, similitudo in accidētibus, qui breuiter definire volūt, sub imagine tradūt.* apertum mendacium aduersarii.

conti-

contineri dotes, quas Deus in humanam naturam contulit: Similitudinem exponunt dona gratuita. An *plerique, & fere omnes* sunt tres, quatuor?

Responſ. ad 4. Veram negat eam distinctionem: at graui ſine dubio ratione motus id negat, *in quo interpretes plerique, & fere omnes conueniunt.*

Imago & ſimilitudo. Ratio eius 1. *quia hæc duo in Hebræo iunguntur nõ vt diuerſa* בצלמנו כדמותנו *In imagine noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram, ergo particula* כ *vim habet exegeticam. 2. Scriptura modo ſimilitudinem ſub imagine. v. 27. & c. 9. 6. modo imaginem ſub ſimilitudine complectitur Iacob. 3. 9. Ergo hîc non ſunt diuerſa.*

Reſpon. ad 1. aſſumit quod probandum erat, non eſſe, iuncta vt diuerſa: non modo noſter ita accepit, verum & 72. interpretes κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ κατὰ ὁμοίωσιν. Deinde diuerſitatem indicant particulæ Hebreæ, ב & כ, In, & ſecundum. Factus in imagine, factus eſt ſecundum ſimilitudinem, ideo non addit copulam, quia de imagine, & ſimilitudine nõ eodem modo loquebatur.

Reſp.

Responſ. ad 2. Friuolum cauillum: Significationes illæ quandoq; confunduntur, ergò ſemper: ergo etiam cum eodem loco voces ponuntur, cum iunguntur diuerſis particulis diſtingui non debent. Verum validum eſt Bellarmini argumentum, etſi non diſtinguerentur. Vult enim accipi hæc de natura & qualitatibus, ac proinde has collatas primo homini, Antecedens ex illa interpretatione conſtat, & tamen etſi non diſtinguerentur, conſtaret ſimilitudine & imagine qualitates deſignari, non modo naturam. At ex hac interpretatione apertius eſt, ex qua non modo natura, & qualitates habentur, ſed diſtinctis etiam vocibus proponuntur.

Reſp. ad 5. ipſe argumentũ in hunc modum format. *Creari in imagine Dei eſt in vera Dei agnitione, ſapientia, iuſtitia, creari. Homo creatus eſt in imagine Dei. Ergo &c. Minor eſt Moſis. Maior patet. Eph.* 4.24.*col.*3.10. *Vbi Apoſtolus imaginem Dei interpretatur agnitionẽ, iuſtitiam, ſanctitatem. Induite nouum hominẽ qui* κατὰ θεὸν,

 (*hoc*

hoc est, secundum similitudinem, seu imaginem conditus est, in vera iustitia & sanctitate: Et: Induite nouũ hominem, qui renouetur εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα κτίσαντος αὐτὸν, *in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creauit eum.* Non decet orthodoxum monere, quid hic Pelagius, & Sozinus desiderent: Id magnopere considerandum aduersario, quam solide hoc argumento refutetur iustitia imputatitia. Creari in imagine Dei, est in vera Dei agnitione, sapientiâ, iustitia creari: nam secundum Apostolum, imago Dei est agnitio, iustitia, sanctitas.

Argumentum, aduersarii euertit Caluinismũ.

At agnitio, sapientia, sanctitas sunt vera, & inhærentia bona, ergo & iustitia: datur igitur iustitia inhærens. Deinde primus ille homo iustitia inhærente præditus erat, eaq; imago Dei erat, at nos eundem induimus renouati, iustitiã igitur inhærentem induimus: Vere ergo per Christum, nõ imputatitiè iusti efficimur. Sic recte contra suos hęc exponit Hier. Zanch. Caluin. com. in 1. Cor. ca. 4. 24. *Sicut vetus homo nil aliud est, quã mala illa qualitas, & corrupta natu-*

natura, quam habemus in animo & corpore ab Adamo. sic etiam homo nouus (aiunt) est illa noua & diuina qualitas, quâ per Christum sumus sancti, & iusti, &c. Vtrumq; verum est: & paulò post. *Sic de nouo, hoc est de hac noua qualitate.* Ecce tibi, nouâ & diuinâ qualitate sumus sancti, & iusti. periit Solimputatio, basis Caluinismi.

Argumentum 2. Bellarmini. Ex gen. 2. 5. *Erant ambo nudi.* Nunc pudenda est rebellio membrorum, & nuditas adfert erubescentiam, hæc non erant in primis parentibus, non ergo sic conditi erant, vt nos nascimur. Nihil hic Aduersarius inuenit quod carperet. Obiicit tamen Sozinus. *Si nullum fuisset dissidium appetitus & rationis, non peccassent homines: at peccarunt, fuit ergo in eis* ἀταξία. Respondet aduersarius: *Fallacia est a secundum quid. Maior vera esset, si nulla in parentibus* ἀταξία *fuisset simpliciter, nec potentia, nec actu, &c. Sed erant recti mutabiliter. Non igitur erat in eis rebellio actu: erat vero potentiâ: Poterat enim in eis ebullire rebellio, qua deprauarent seipsos, vti factum est.*

Nuditas protoplastorum nō pudenda.

Bona responsio. Cuius vtinam sit in posterum, vt cedat per os suũ loquenti veritati, memoř. Si enim in illis erat ἀταξία potentia, poteratq; in eis ebullire rebellio. Erant ergo in eis diuersæ propensiones, idq; ex ipsa natura. Nam rebellio actu, est actualis pugna, Rebellio potentia est aptitudo ad hanc rebellionem, iustitia ergo originali, ne ebulliret continebatur.

Adam ne iustus quidem est aduersatio.

Excutiendum etiam illud: *Erant recti mutabiliter.* pag. 32. Verum id esse docuit euentus, sed plus quam credi posset, officit Caluinismo. Nam si *recti mutabiliter*, ergo ex principiis Caluini, ne *recti* quidem. Ratio est. Quicunque non habet πληροφορίαν, certam de sua salute persuasionem, is *rectus* non est, at πληροφορίαν non habet, qui *mutabiliter rectus est*, ergo qui *mutabiliter rectus est*, *non est rectus*. non ergo Adamus *rectus*, sed peccator ante peccatum. Maior ab iis negari non potest; nam fidem Adamus habuit, & fides illis est, illa de salute persuasio. *Neq; enim* (inquit Caluinus l.3.inst.c.2.§.6.) *Vnum id in fidei intelli-*

gentia

gentia agitur, vt Deum esse nouerimus, sed etiam imo hoc præcipue, vt qua sit erga nos voluntate, intelligamus. neq; enim scire quis in se sit, tantum nostra refert, sed qualis esse nobis velit. Hanc ergo fidem si nō habuit, nullo modo *rectus* esse Caluinisticè esse potuit. Dicet forsitan: *fidē non habuisse*: Verum id Luthero, Cœterisq; displicet, & *sine fide Deo placere non posset*. At forte fidem habuit nostrā solum, fiduciariâ illâ non eguit. Hoc iam magnum causæ vulnus imponit: Adamum habuisse fidem quam Romani, non quam Gebennenses habent. Sed ne sic quidem effugiet. Si abfuit fiduciatio illa salutis, ἐποχὴ, hæsitatio, angor, ac inde consequens in Deum fremitus adfuit: at ἐποχὴ illa vt contendit aduersarius com. in 8. 2. Rom. Est *desperationis officina. Barathrum inferni*, & v. 25. *Vestibulum inferni.* & dub. 6. *conscientiæ perpetua fluctuatio.* & Rom. 11. 1. *fides non potest, consistere cum dubitatione. Qui dubitat an sit saluandus, non credit vitam æternam.* & ca. 15. Rom. *Gaudium non potest esse, & pax, vbi non est*

spes id est πληροφορία. Ecce qualem primum parentem faciunt, cum illi certitudinem salutis negant.

Minor ex eisdem principiis astruitur. Nā aduersarius Rom. 11. dub. 17. *Aliqui ex Lutheranis, &c.* (inquit) *concedunt medium: fidem non esse indelebilem, quod est planè* ἀσύστατον. *Si enim fides est certa persuasio gratiæ, & salutis præsentis, & futuræ: vtiq; est indelebilis simpliciter: aut si est delebilis, h. e. potest amitti penitus non est certa persuasio gratiæ, vel* πληροφορία *salutis. At fides Adami deleta est penitus*, & docet cal. l. 3. inst. c. 2. §. 12. *ergo* πληροφορίαν *non habuit*. Vnde rectè concludimus. Qui mutabiliter rectus est, potest amittere fidem, qui potest amittere fidem is fidē nō habuit veram, ergo qui mutabiliter est rectus, veram fidem non habuit.

Vnum superest κρησφύγετον. Adami fidem delebilem fuisse, horum esse indelebilem. Ingens ergo discrimen fidei perpetuæ & fidei temporariæ. Et suspecta meritò fidei vestræ fides, perfectissimâ Protoplasti fide tantò vel nobilior, vel arrogantior. Deinde; non

ergo

ergo ἀσύςατον, & πληροφορίαν esse, & delebilem esse. In promptu enim est responsio Lutheranis: suam fidem quemadmodum Adami, certam esse, sed delebilem persuasionem salutis. Tertio. Adami fidem delebilē non fuisse probant rationes, quibus Caluiniana πληροφορία asseritur: quas proinde necesse est aut in asserenda stabilitate fidei in Adamo, ratas: aut in eorum fiduciatione irritas esse. *Nam & dona Adamo collata erant* ἀμεταμέλητα *quoad Deum, hoc est immutabilia.* Et: *Deum suæ vocationis pœnitere non potest. Cur? quia fluunt ex optimo, sapientissimo, immutabili eius consilio.* Deinde. *Deo autem conseruante, nos non abiicimus, ac ne possumus quidem, quia non volumus.* com. Rom. ca. 11. 29. Hæc & cæteræ rationes, de Adamo idem conficiunt. Nam si, vt dona Dei sint ἀμεταμέλητα, opus est ea à Caluinistis abiici non posse: Adamo donata erunt μεταμέλητα, quia illa ipse abiecit. Est igitur hæc aduersarii deliratio omnino ἀσύςατος.

CAPVT III.

1. Detecta aduersarii de D. Thoma, Lombardo fraus, & variæ contra Bellarminum Calumniæ.
2. In articulis summi momenti orthodoxos dissentire fingit.
3. Locus Eph. 4. 24. expositus.
4. Augustinus gratiam meritoriam agnoscit.
5. Locus ad Coloss. 3. 10. exponitur.
6. Decem patrum testimonia partim dissimulat aduersarius, partim deprauat.
7. Augustinum ridicule exponit, ex quo sequitur Angelis tribui nonimputationem.
8. Noua eius calumnia demonstratur.

PRopositionem secundam probat hoc capite Bellarminus.

Prop. *Primus homo non quamlibet animi rectitudinem, sed ipsam etiam gratiã, gratum facientem, in creatione accepit.* Multo acerbius omnia insectatur aduersarius, infelicius argumentatur, grauius aberrat. Singulatim singula discutiemus. Primo ergo ipsam propositionem aggreditur. *Propositio (inquit) obscura, superflua, sophistica: Obscura quia non explicat, quid velit per gratiam gratum facientem. Superflua, quia prius docuit*

docuit hominem creatum rectum, &c. ergo gratus Deo. Sophistica, quia ambigua, de gratia enim concreata vera est, de supernaturali, falsa. (pag. 36.)

Respon. Obscuram non esse, cum apud omnes constet eam esse gratiam, qua homo Deo gratus redditur. Siue vt D. Th. 1.2. q. 111. a. 1. qua homo Deo coniungitur. De natura eius hic disputare non debuit, non magis quam de natura sapientiæ, fidei, iustitiæ, quæ in Adamo fuerunt. Falso ergo affirmat *præposteram esse Bellarmini disputationem.* An ipsi licuit dicere: Bellarminum disputare præposterè, antequam definiat præposterum; quod si definiret, nunquam tam præpostere loqueretur. Et Bellarmino dica scribetur, si Adamo gratiam fidemque donatam afferat, ac deinde, quæ sit eorum natura, definiat. Nec superflua: quia etsi hominem c. 2. descriptum Bellarminus Deo gratum iudicet, tamẽ alii iustitiam originalem à gratia gratum faciente distinguunt, vt videtur, Lombardus, Scotus, alii, quibuscum hîc controuersia est.

Nec sophistica, quia sensu Caluiniano non vult intelligi Bellarminus, sed eo, quem vnum atque vnicum orthodoxi agnoscunt.

Secundo Bellarminus, col. 7. & 8. capit. 3. quæstionem controuersam inter scholasticos exponit. Nam Petrus Lõbardus in 2. sent. dist. 24. & qui eum sequitur Ioan. Scotus, alii, volunt *iustitiam originalem primo parenti in creatione concessam, separatam à gratia gratum faciente itaq; ea tantum inferiorem partẽ superiori fuisse subiectam, non autem filium Dei factum, aut gratiam ad vitam æternam promerendam, necessariam accepisse*. Contra Albert. Mag. loc. cit. & D. Th. 1. p. q. 95. a. 1. *Ita iustitiam originalem cum gratia gratum faciente coniungunt, vt obedientia partis inferioris ad superiorem, à gratiâ gratum faciente, quæ partem superiorẽ Deo obsequentem reddebat, veluti à fonte & radice dependeat*. Horum sententiam Bellarminus amplectitur.

Obiectio prima, pagin. 38. *Sed nec horum nec illorum recte exponit sententiam, vtrisq; iniuriam facit: neutros sequitur: sed*

ſed peculiarem incertam ipſe fingit ſententiam. Lõbardus de gratia primi hominis diſputans, iuſtitiam originalem à gratia gratum faciente, nullo verbo ſeparat, imo neutram nominat, ſed duo dicit: 1. Hominem per illud auxilium gratiæ potuiſſe reſiſtere malo, ſed non perficere bonum. 2. Potuiſſe per illud bene viuere quodãmodo, hoc ẽ ſine peccato: ſed nõ ſine alio gratiæ adiutorio ſpiritualiter viuere, quo vitã mereretur æternã

Reſp. Audax imperitia, & incauta maleuolentia. Verba Bellarm. *In qua ſententia videtur fuiſſe Petr. Lombard. in 2. lib. ſent. d. 24. & qui eum ſequitur Ioan. Scot. & alij quidam.* Leniter hoc ille: *Videtur*, quia cõſequentiâ certâ ex Lombardo ſentẽtia iſta concluditur. At non ſolũ Lombardũ nominat, ſed Scotũ, & alios quorũ eſt illa ſententia clariſſimis expreſſa verbis, audax ergo dicit imperitia: *nec horũ, nec illorũ recte exponit ſententiã.* Quod ex ſeq. manifeſtũ euadet. Audacter, ſed incaute fingit.

Verba Lombardi d. 24 §. 1. *Sciendum eſt ergo quod homini in creatione, (ſicut de Angelis diximus) datum eſt per gratiam auxilium, & collata eſt potentia, per quam*

quam poterat stare, id est, non declinare, ab eo, quod acceperat: Sed non poterat proficere, in tantum, vt per gratiam creationis, sine ALIA mereri salutem valeret. Post subdit verba ab aduersario citata. Deinde §.4.& 5. *Docet meritum omne esse ex gratia*, & §. *sine caritate meritum nullum esse.* & dist. 29. §. 1. *Sine gratia non esse meritum*, & §.2. *In eo fuisse virtutes.* Hæc Lombardi mens quæ latere non potest. Nam quicunque fatetur *primum hominem habere gratiam, qua possit stare, non proficere, non mereri, ac proinde, non habuisse charitatem*, ille ostendit eum Deo gratum nondum esse: At Lombardus eo statu, quo negat meritum, etiam negat charitatem & virtutes, sine quibus, eius sententiâ, Deo nemo gratus esse potest. Recte ergo mentem Lombardi exponit Bellarminus. Quin & eo modo interpretatur Petrus Aquila: *Quantum ad primum dico, quod non fuit creatus in gratia, tamen eam habuit ante lapsum, per hoc quod stetit ad tempus.*

Deinde sic Albertus Magnus exponit

nit dist. 24. art. 1. & 2. *Solummodo dicendum ad hoc, quod Adam secundum illam opinionem non fuerit in gratia gratum faciente, non potuit proficere ad meritum, quia profectus meriti, non est infra posse virium naturalium, vel potentiarum: sed oportet habere altiora, vt fidem charitatem.* Denique sic eum intelligit D. Thom. 1. p. q. 95. art. 1. ad 4. Et Scotus dist. 29. ad 4. *Ad quartum dico, quod si fuerit aliquod donum supernaturale, non tamen oportet, quod sit principium merendi, &c.* Cum ergo ex Lombardo clarâ consequentiâ illa sententia deducatur, cum eam formalibus verbis Albertus, Thomas, Aquila, Scotus, referant; Audax imperitia, & stupida est maleuolentia, dicere Bellarminum, *non recte exponere, iniuriam facere.*

Obiectio secunda, pag. 38. *Thomas etiam dicto loco, iustitiam originalem, & gratiam gratum facientem, nec separat, nec coniungit, nec nominat.*

Respons. Coniungit illa D. Thom. quamuis non nominat, quia nominat ea, quæ idem valent. Obiectio est, ex capta-

captatione verbi, & ignoratione rerũ de quibus disputat. Verba D. Thomæ 1. part. quæst. 95. art. 1. quæ ipse mutat, & mutilat, sunt hæc:

D. Tho. & Bellarmi. consensus.

Respons. *Dicendum: quod quidam dicunt, quod primus homo non fuit creatus in gratiâ, sed tamen postmodum gratia fuit sibi collata, antequã peccasset. Plurimæ autẽ sanctorum auctoritates attestantur, hominẽ in statu innocentiæ gratiam habuisse, sed quod fuerit conditus in gratia, videtur requirere ipsa rectitudo primi status, in qua Deus hominem fecit; secundum illud Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat n. rectitudo secundum hoc, quod ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires, & animæ corpus.* Hucusq; citatio aduersarii. Verum pergit D. Th. *Quandiu enim ratio manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur, vt Aug. dicit. Manifestum est aũt quod illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis, alioquin post peccatum mansisset, cum etiam in dæmonib. data naturalia post peccatum permanserint, vt Dionys. dicit capit. 4. de diuinis nominibus. Vnde manifestum*

nifestum est, quod & illa prima subiectio, qua ratio Deo subdebatur, non erat solum secundum naturam, sed secundum donum supernaturale gratiæ. Non enim potest esse quod effectus sit potior quam causa. Vnde dicit Augustinus libro 13. de c. d. quod postea quam præcepti facta transgressio est, cõfestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate confusi sunt. Senserunt enim motum inobedientis suæ carnis tanquã reciprocam pœnã inobedientiæ suæ. Ex quo datur intelligi, si deserente gratia, soluta est obedientia carnis ad animam, quod per gratiam in anima existentem, inferiora ei subdebantur. His verbis sententia Bellarmini, fusè, & accuratè explicatur, & aduersarii mendacium deprehenditur, nam eorum sententiam, qui gratiam, & iustitiam originalem, quam rectitudinem vocat separabant, arguit, deinde hęc ipse coniungit. 2. Rectitudinem facit triplicem, corporis ad animã virium inferiorum ad rationem, huius ad Deũ. 3. Hanc posteriorẽ ait non fuisse naturalem, quia causa est reliquarum quę non sunt naturales, at effectus non

non est potior, quam causa. Fieret illud, si obedientia rationis ad Deum esset naturalis, & causa rectitudinum supernaturalium. 4. Probat ex Augustino, quod per gratiam inferiora animæ subdebantur.

At non nominat gratiam gratum facietem. Tueri se posset Bellarminus auctoritate Commentatorum, qui sic intelligunt. Nam imprimis Caiet: *Titulus clarus: in gratiâ gratum faciente.* 2. Nemo aliam gratiam hoc loco vnquã intellexit, an mentem D. Thom. melius aduersarius, qui eum non legit, quam eius sectatores, & interpretes perspiciunt? Verum nihil opus est eo præsidio, ipse D. Thomas hæc sua verba exponit, ijsdem verbis quibus vsus est Bellarminus 1. part. quæst. 100. artic. 1. ad 2.

Ad secundum dicendum: Quod quidam dicunt, quod pueri non fuissent nati cum iustitia gratuita, quæ est merendi principium, sed cum iustitia originali. Ecce hic nominat iustitiam gratuitam, &c. & iustitiam originalem, eaque separet ex mente

mente aliorum. Pergit: *Sed cum radix originalis iustitiæ, in cuius rectitudine factus est homo, consistat in subiectione supernaturali rationis ad Deũ, quæ est per* GRATIAM GRATVM FACIENTEM, *vt supradictum est, necesse est dicere, quod si pueri nati fuissent in originali iustitia, quod etiam nati fuissent cum gratiâ, sicut de primo homine, supra diximus; quod fuit cum gratia conditus.*

Non modo hic vtitur verbis, quibus vsus est Bellarminus. Sed bis testatur, *se supra*: id est, loco quẽ citauit ille, docuisse *iustitiam originalem &, gratiam gratũ facientẽ non debere separari.* Quatuor ergo sunt conspicua mendacia; quæ nullo fuco obduci possunt. 1. *Bellarminum non recte interpretari mentem D. Thomæ.* 2. *facere illi iniuriam.* 3. *eum non sequi; sed fingere peculiarem incertam sententiam.* 4. *D. Thomam dicto loco iustitiam originalem, & gratiam gratum facientem non coniungere.* Ipse enim D. Thomas testatur dicto loco se ea coniunxisse. Quatuor his tibicinibus nititur pag. 40. calumnia: *Bellarminum*

ne suorum quidẽ sententias bona fide referre. Cui respõdere possem cũ doctissimo Caluinistarum: *strenue mentitur paracletus*: fol. 93. Elenchi. Quod de aduersario nostro testimoniũ est fraternum. Verum ipsa pagina senis clamat: mentiris, nolim ego id inurbanè homini exprobrare. Impudens audacia si nec verecundiâ iuuentutis, *quam* (ait Scaliger) *necesse esse, ex huius veneni letifero haustu dirissimam pestem oppetere*, nec metu iudiciorum, vel hominum, vel Dei, manifestis mẽdaciis abstinere potest, hoc saltem ageret, ne sibi fidem detrahat, ne apud conscios causam lædat.

Obiectio tertia. (pag. 40.) *Deinde pontificios suorum doctorum consensum in rebus fidei falso iactare. Bellarminus enim duos summos doctores Lombardum, Thomã, fatetur dissentire in articulo summi momenti, de gratia primi hominis, ipse dissentit ab vtroq;*.

Dissensio non est de ipsa gratia sed modo eius.

Respon. Vtrumq; falsum. Posterius mendacium iam ipse resorbuit, vt iterum vomat. Nec tamen minus fœdum est prius: Nusquam, nusquam Bellarminus

minus dicit eos dissentire in articulo summi momenti. Dissensio est non de ipsâ vt ita dicam, gratiæ substautiâ, sed circumstantiâ, & modo. Vterq; primo homini veram gratiam tribuit, & eam, qua Deo gratus fuerit, harmoniam omnium potentiarum concedit. Eandem gratiam docent esse supernaturalem, esse merendi principium. Summa dissensionis est. *An gratia gratum faciens in prima creatione cum harmonia potẽtiarum sit data, an paulo post addita, an corporis, & inferiorum potentiarum inter se & cum ratione ordinatissima consensio, fuerit ex peculiari dono, an à gratia gratum faciente, vt radice dependens?* Prius docet Lombardus, alterum D. Thomas, vterque rationes habet probabiles; meliores D. Thomas.

Obiectio quarta, pagina quadragesima. *Bellarminum supra capite primo §. Igitur, & hic turpiter secum confligere. Ibi enim gratiam animæ, vocat iustitiam originalem: hic eam facit iustitiæ originalis partem, vel causam: quod paulo post magis patebit c.4. §.1.*

Resp. Non est ille in Bellarmino; sed imaginatione calumniatrice conflictus. Nam capite 1. gratiam animæ recte vocat iustitiam originalem, nam iustitiam, vt sit, opus est in anima existere. Nondum definit, qualis illa sit animæ gratia, an qua anima corpori, eiusque affectibus, an qua ratio appetitui, dominatur? an gratia gratum faciens? Hanc quæstionem huic loco reseruauit. *Siue autem gratia gratum faciens, dicenda sit pars originalis iustitiæ, siue tantum radix & causa non multum referre videtur. Quare id solum probare aggrediamur, primum parentem nostrum cum gratiâ gratum faciente conditum fuisse.* Ita scholasticam illam disputationem, vti sibi non necessariam omittit. Siue enim sola gratia faciens gratum omnia præstabat, & erat iustitia originalis, siue causa erat & radix aliorum donorum, seu gratiarum animæ; siue nec causa, nec radix, sed pars tantum; vt tota iustitia originalis ex omnibus illis gratiis componeretur, non confligit secum Bellarminus, qui de his ne disputare quidem

quidem voluit, nec si disputaret ab aduersario intelligeretur. Hæc de prima capitis parte.

Secunda parte capitis, duobus scripturæ testimoniis, duorum Conciliorum, decem patrũ auctoritatibus probat primum parentem in gratiâ gratum faciente conditum fuisse. Aduersarius perpetuò coccysmo respondet, creatum in gratiâ gratum faciente, sed naturali, non supernaturali.

Argumentum Bellarmini primum, Ephes. 4. 24. *Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in sanctitate, & iustitia veritatis. Qui renouari iubetur, fuit aliquando nouus, nos renouari iubemur, fuimus ergo noui, in primo scilicet parente, & renouatio consistit in iustitia, & sanctitate.*

Omnia concedit aduersarius, sed negat illam sanctitatem & iustitiam fuisse supernaturalia, quod tamen ad cap. 5. proprie pertinet: verum & hic eius hallucinationes ostẽdamus. Dum renouamur ea recipimus secundum

quæ primus homo creatus est, sed ea sunt supernaturalia etiam naturæ integræ. Homo enim nouus, seu renouatio fit qualitate inhærente, teste Beza, & Zanchio in com. at illæ supra naturam sunt integram, etiam Beatorum: multo ergo magis parentum primorum. 2. Induere nouum hominem est induere Christum, Christum vtique induimus per fidem, vt recte Aug. l. 12. Trin. ca. 7. Nam Christus per fidem habitat in nobis, Ephes. 3. Hæc in Adamo fuit, nam fidem in Christum habuisse contendunt & Arminii hostes. Fides illa in Christum naturalis illi esse non poterat; quomodo homo ille sui casus inscius: naturaliter illud Dei consilium prospiceret? Hinc & *stolam* vocat Augustinus (de Gen. ad lit. c. 27.) *Et hanc* (inquit) *imaginem spiritui mentis impressam perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam iustitiæ.* Impressam vocat, ne arbitremur manare de natura mentis.

Quod verò Bellarm. gratiam illam meritoriam vocat, id ex S. literis habet, &

& suo loco demõstrabitur: nec mirum cum Augu. (l. 6. de Gen. ad lit. c. 28. iam olim id docuerit. *Meruitq; etiam corporis mortem, qui non peccando mereretur, & in corpus spiritale commutationem.*

Adiecit Bellarmin: *Quia in hoc mundo non renouamur ad eam innocentiam, quæ fuit in carne primi hominis: sed tantum ad eam quæ fuit in mente.*

Obiicit aduersarius. *Hæc est falsa, & contra scripturas. Regeneratio enim spiritus, quæ inchoatur in hac vitâ, est tam carnis mortificatio, quam mentis illuminatio, licet in hoc mundo non perficiatur: prima Corinth. sexto, 20. Glorificate Deum in corpore vestro, & in spiritu vestro: quæ sunt Dei.*

Resp. Rectius facturum fuisse aduersarium, si etiam illa verba: *Expectantes interim redemptionem corporis nostri, vt ait idem Apostolus Romanorum octauo*, asscripsisset. Intelligeret enim non renouari ita corpus vt sponte, & sine rebellione animæ consentiat, vt illa DEO. Experientia aduer-

ſarium refutat. Neque inchoata corporis mortificatio, eſt renouatio quæ rebellionem tollat, quanquam minuat per accidens ſublatis vitiorum fomentis, & vehementia charitatis, non aliquo dono quo corpus obediens reddatur. Imo mortificatio in eo verſatur vt corpori anima non conſentiat, motus eius quos poteſt, reprimat. Deus in corpore glorificatur cum in eius deſideriis non ambulamus. Hoc enim faciendo glorioſam eius maieſtatem agnoſcimus, & conuerſatione noſtra alios ad laudandum Deum inuitamus. Sic enim glorificandi verbum exponit ipſe aduerſarius.

Argumentum ſecundum Bellarmini. ſic proponit aduerſarius. pag. 41. *Ex altero loco Coloſſ. 3. 10. Nolite mentiri inuicem, exſpoliantes vos (græce* ἀπεκδυσάμενοι *exuentes) veterem hominem cum actibus ſuis: & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum: ita colligi poteſt. Ad quod renouatur animus noſter, Chriſti gratia, id habuit primus homo. Ad agnitionem &c.*

ſecun-

secundum imaginem Dei renouatur nouus noster homo, id est: animus Christi gratiâ. Ergo agnitionẽ Dei secundum imaginem eius habuit primus homo. Hæc autem fuit gratia gratum faciens. Negat ille supernaturalem fuisse.

Resp. Eodem modo hoc cauillum, quo superius refellitur. Verum peculiari efficacia huius sententiæ constringuntur hæretici. *Nam agnitio (vt interpretatur Beza) illa finis est, aut materia regenerationis, loquitur autem de agnitione efficaci, vt definitur,* 1. *Ioa.* 2. 3. *&* 4. At illa agnitio non potest esse humanæ naturæ integræ naturalis. Quia complectitur cognitionem mysteriorum absconditorum à sæculo, quæ etiam non nisi longo post tempore innotuerunt Angelis, Eph. 3. 9. *Mihi (inquit) Doctor noster Paulus, omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creauit.* Et ne putes solis peccatoribus ἀνεξιχνίαστον fuisse πλοῦτον. Ean-

dem ignorationem tribuit Angelis: *Vt innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Hæc certe illis naturalis non fuit, nec ergo Adamo, portionem tamen huius illuminationis habuit ipse, non naturalem, nam eadem omnium horum mysteriorum est ratio, vt sint in Deo abscondita. Nec minus turbat hic Beza. *Hanc enim agnitionem ait definiri* 1. *Ioan.* 2.3. & 4. *Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum. De fidei cognitione loquitur,* (inquit Beza) *quod aliis etiam sequentibus locis obseruandum est. Nec enim ex tribulis aliquis petat ficus: & vbi fides non est, non est vera cognitio, sed mortuum duntaxat illius simulacrum.* Renouamur ergo in agnitionem Dei, illa agnitio est fides viua; sed in quod renouamur id habuit Adamus, habuit ergo fidem viuam, hoc est πληροφορίαν, sed hoc naturale non est naturæ integræ, non enim potest illa naturaliter scire *quomodo erga se Deus sit affectus.* Cum enim homines etiam in illa rectitudine creati, alii natura sua

corruere,

corruere, & perire, alii vero persistere possint, si eadem sit vtrorumq; natura, non possunt electi naturaliter scire, electionem, nec suam reprobi reiectionẽ. Contrariarum enim scientiarum, vt etiam euentuum, origo, non ex naturis quæ pares sunt, sed diuina reuelatione, & εὐδοκία habetur.

Argumentum 3. Ex Concilio Arausicano 2. Sub Theodosio ca. 19. Concilium docet, *Naturam integram sine creatore adiuuante, se seruare non posse:* Deinde subdit: *Vnde cum sine gratiâ Dei salutem non posit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit.* Hinc recte deducit: *Quod per Christi gratiam recuperamus, id in Adamo perdidimus, At gratiã gratũ facientem recuperamus, eã ergo in Adamo perdidimus.*

Respons. Naturalem perditam, non supernaturalem, nec meritoriam.

Verum iam amputauit eam causationem Bellarminus. Verba eius: *Reparamus autem gratiam gratum facientem, qua filii Dei per adoptionem efficimur.* Eadem ergo erat in Adamo, & quidem ex bene- Adoptio non est naturæ sed gratiæ.

beneplacito adoptantis, non ex conditione nascentis, etsi nascenti data fuerat, non enim naturalis est illa supercœlestis hæreditas creaturæ.

Deinde ipsa integritas sine gratiâ Dei, scilicet ab integritate distinctâ, non potest custodire salutem: hæc ergo gratia non est naturalis, nam omnes illæ dotes quibus anima prædita est ab hac gratiâ sunt diuersæ: non ergo hæc fluit à principiis naturæ. Ergo supra naturam est.

Argumentum 4. Ex Concilio Tridentino. sess. 5. decreto de peccato originis. *Adamum fuisse iustum, sanctum, habuisse spiritum sanctum. Iustitiam & sanctitatem perdidisse.* Hinc Bellarminus: *Sanctus nemo est, nisi sanctum faciat spiritus sanctus: corda per gratiam inhabitans.* At Concilium intelligit de gratia supernaturali, & sanctitate. Habitatio vero spiritus sancti in cordibus hominum non est illis naturalis. Quæ enim natura creata tam Deus, vt illi sit spiritus sanctus naturalis? De mente concilii dubitari non potest, cum sess. 6.

cap. 7.

cap. 7. plene de gratia mentem suam exponat.

Obiectio 2. *Patrum auctoritates de gratia gratum faciente nihil habent: ac ne nominant quidem. Ignota enim patribus Sophistarum gratia gratum faciens, Christi gratiam euertens.*

Respon. Non mirum de patribus confidenter eum asseuerare, cuius ante de D. Thoma mendacissimam inficiationem coarguimus. Verba non omnes eadem vsurpant, rem concordi fide tenent. Patres gratiam agnoscunt, qua Deo placemus.

Certe August. Epist. 85. ad Consentium: *Iustitiam nostram interioris hominis pulchritudinem* vocat: qua Deo scilicet placemus. Et lib. 1. de pecc. merit. & rem. cap. 1. *Christum dare spiritus sui occultissimam gratiam, quam latenter infundat & paruulis.* Et de nat. & grat. cap. 42. *Ipsa est enim verissima, plenissima, perfectissimaq́; iustitia: scilicet caritas Dei.* Et de gratia Christi cap. 30. *Hac nos non placere Deo modo, sed filios Dei effici,* scripta patrum docent, & tractatu de gratia palā fiet: De quo suo loco.

Argu-

Patrum auctoritates deprauat Aduersarius.

Argumentum 5. Bellarmini ex decem patrum auctoritatibus, breuiter illorum verbis hinc inde mutilatim allatis eludere conatur. Sed in signi fraude, impudentiaq;. Nam 1. Irenæus l. 3. contra hæreses c. 37. *Quoniam eam quā habui à spiritu sanctitatis stolam amisi.* Aduersarius ita citat. *Irenæus dicit, Adamum habuisse, amisisse stolam sanctitatis.* Ex eo quod ea stola est, nec quouis modo, sed à spiritu sancto accepta, non de facultate naturæ orta, constat eam naturalem non dixisse. Maxime cum ca. 20. Dixerit, *quod perdideramus in Adam, in Christo nos recuperasse*, deinde *stolam illam* opponit Irenæus *tegumento foliorū*, vtrumque externum naturæ esse demonstrans.

2. Cyprianus serm. de bono patientiæ. *Adamum acceptam diuinitus gratiā non seruasse.* & Ep. ad Pompeium *spiraculum vitæ de gratia interpretatur*, quæ quamuis literalis expositio non sit. Quid tamē ille de gratia sentiat, ostendit, scilicet; diuinitus accipi, naturæ iam conditæ inspirari, non esse opus naturæ,

naturæ, non procedere ex principiis naturalibus.

3. Basilij tria producit testimonia Bellarminus.

Vnum arrodit aduersarius, reliquorum euidentia victus conticescit. Addam ergo & illa, vt videat lector, id aduersario vnice curæ esse, vt testes veritatis supprimat: forte erit etiam de seductis quispiam, cui potior sit Magni Basilii, quam nouatoris auctoritas. Ad Amphilochiũ ca. 15. Cum dixisset: *aquã mortis exhibere imaginem, spiritum vim viuificam immittere, vitam operari spiritũ* Et. *Itaq; si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquæ naturâ, sed ex spiritus præsentia.* Deinde pergit. *Per spiritum sanctum datur in paradisum restitutio, in regnum cælorum reditus, in adoptionem filiorum reuersio; datur fiducia Deum appellandi patrem suum, consortem fieri gratiæ Christi, filium lucis appellari, æternæ gloriæ participem esse, & vt semel omnia dicam, Esse in omni benedictionis plenitudine.* Hinc colligimus: à spiritu sancto restitui; quod

Aduersarius plura testimonia patrum intacta reliquit.

quod Adamus habuit ab eodem spiritu sancto, nisi quis ita in saniat, vt in regnum cœlorum ipse naturaliter venire posse iudicet, aut naturalem Dei filium non adoptiuum fuisse. An omnis illa benedictionis plenitudo, vnicum gratiæ opus ex naturæ principiis emanare potest?

4. Ambrosius quartus testis est Bellarmini. De eo aduersarius: Ambrosius (comm. in 10. Lucæ) *Adamum indumenta gratiæ spiritalis accepisse.*

Fraus aduersarii.

Resp. Validum hoc est telum: hominum indumenta non sunt de naturâ. Non tamen hoc solum dicit. Duplex ergo hic fraus aduersarii, nam ex duobus à Bellarmino testimoniis adductis, alterum omittit, & hoc mutilum citat. Cum dixisset Ambrosius: *Angelos illos tenebrarum ante despoliare quæ accepimus indumenta gratiæ spiritalis, &c.* subdit: *Caue ne ante nuderis sicut Adam nudatus est mandati cœlestis custodiâ destitutus, & exutus Fidei vestimento, & sic letale vulnus accepit.* Indumenta, dona gratiæ sunt non naturæ, id clare ex altero

altero colligitur, quia fidei vestimentum appellat, quam supra ostendi non posse vllo modo esse naturalem.

Alter locus l.6.c.7. Hexam. De imagine Dei disputat, & mente. *Illa est* (inquit) *plena sapientiæ, plena pietatis, atque iustitiæ, quoniã omnis virtus à Deo est.* Cui dicit Deus: Isa. 49. Ecce Ierusalem pinxi muros tuos, *illa anima pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremq; pietatis: illa anima bene picta est, in qua est splendor paternæ gloriæ, & paternæ imago substãtiæ.* Pictura non est natiui coloris, sed adscititii. Virtutum gratia, splendor pietatis nos Deo gratos facit: Ideoq; subiungit. *Secundum hanc imaginem quæ refulget, pictura preciosa est Adam ante peccatum, sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem.* Illa preciosa pictura gratum Deo fecit, gratia scilicet gratum faciens.

5. Et 6. Gregorius Nazianzenus oratione de pasch. & Chrysostomus Angelum terrestrem fuisse. Hom. 16. in Gen. ita citatio Caluinistica. Ve-

H rum

rum quod addit: *hæc* ἀπροσδιόνυσα, Est hominis communi sensu carentis. Nã cum Angelum dicit terrestrem sine dubio Deo gratum iudicat, maxime cum Gregorius dicat, quod Caluinista suppressit. *Adamum fuisse spiritum & carnem. spiritum propter gratiã,* nec quã-libet gratiam, *sed vt cum Deo maneret, ac benefactorem glorificaret*, Gratia illa, qua homo *spiritus*, *qua Angelus efficitur*, qua fit *vt cum Deo maneat*, est gratia gratum faciens. Neq; naturalis, cum per eam, potius Angelus dicatur, quam homo, angelicorum donorum principia in humana natura nulla sunt. Chrysostomus etiam, non modò angelum terrestrem dicit. *Sed gratia Dei priuatum*, quam fuisse gratiam gratum facientem eàdem homiliâ docet. Nam mira gloria amictos tradit, deinde *nudatos ait superna gratiæ amictu. Quia* (inquit) *præuaricatio mandati vt superuenit, vestem illam nouam, & admirabilem, gloriæ inquam, ac supernæ beneuolentiæ, exspoliauit, & tam confusione indicibili circumdedit, quam nudatis sensum præbuit.*

7. Au-

7. Augustinus: *gratiam magnam accepisse.* ita aduersarius. At Bell. citauit capit. 11. de corr. & gratiâ. & lib. 11. de Gen. ad lit. capit. 31. & lib. 13. c. d: capit. 13. An ergo ex Augustini testimonio gratiam gratum facientem colligere poterimus? 1. capit. 11. *Magnam* (ait) *habuisse gratiam*, 2. *nunc non lætiore nos, sed potentiore egere.* 3. *Etiam meritoriam agnoscit. Sed quia noluit permanere, profecto eius culpa est, cuius meritum fuisset, si permanere voluisset; sicut fecerunt Angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt.* c. vero 13. ita pro meritis disputat, vt ex instituto aduersarium mendacii arguere velle videatur. Ex 4. testimoniis August. omittis tria.

Denique capit. 11. de corr. & gratia. ait: *Deum dedisse homini bonam voluntatem, & habuisse hominem iustitiam, si vellet.* Habuit autem quia voluit, donec peccatum eam abstulit. His ergo Deo gratus fuit, quia peccato factus est inimicus.

Ex 5. Cyrilli testimoniis quatuor omittit.

8. Cyrillus: (ita citat aduersarius) *gratiam creatoris spiritu inhabitante nos seruasse.* l. 2. in Ioan. cap. 3. Si gratia illa creatoris *inhabitante spiritu sancto seruamur*, non ergo naturæ viribus, nec est de domesticis naturæ rectæ fructibus, sed de hospitis munificentia. Cætera loca vt li. 1. c. 15. lib. 11, cap. 25. li. 12. cap. 56. & l. de adoratione in spiritu, quia inuicta animaduertit contra perfidiam suam continere testimonia, nõ attigit.

9. Leo papa, serm. 1. de Ieiun. 10. mens. *Ad quam* (inquit) *quotidie nos vtiq; reparat gratia Saluatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.* At in secundo erigitur fides, spes, caritas, hæc ergo fuere in primo, his autem ille gratus Deo fuit.

10. Gregorius papa, l. 5. Ep. 14. & l. 6. Ep. 31. docet *animam Adami mortuam fuisse, non vt non esset, sed vt beata non esset. Deinde per pœnitentiam ad vitam redisse*, beatitudo illa gratiæ fuit, & gratiæ gratum facientis. Nemo beatus, nisi Deo gratus.

Demũ Bellarminus tria dubia proponit,

ponit, quæ aduersarius interpolando sua facit, ea ergo ex ipso audiamus.

Dubium 1. *August. dicit: Deum sic condidisse Angelos, & hominem, vt prius in eis ostenderet, quid posset liberum arbitrium: deinde quid posset gratiæ beneficentia. Ergo videtur homo non fuisse conditus in gratiâ.*

Impudens deprauatio dictorum Augustini.

Respon. Bellarmini. *Augustinum velle, liberum arbitrium in primo homine gratiâ quidem adiutum, sed in gratiâ non confirmatum, sicut postea in statu gratiæ:* Replica aduersarii: *Sed est elusio. Augustinus liberum arbitrium primi status, absolute opponit beneficio gratiæ tertii status. Ergo loquitur de gratiâ, qua caruit primus homo. Non caruit vero (secundum Augustinum) gratia habituali imaginis Dei. Gratiam igitur, quam tertio statui tribuit, intelligit non habitualem, sed Euangelicam, quæ est gratuita peccatorum remissio per Christum. Quam* ὁμωνυμίαν *gratiæ obseruare noluit Bellarminus.* pag. 44.

Resp. Vera est Bellarmini responsio: Aduersarii stolida. Prius demonstro. Verba August. de corr. & gratia ca. 10. *Quapropter saluberrime confitemur, quod rectis-*

Gratiæ beneficium quod defuit Angelis & homini, est perseuerantia.

rectissime credimus, Deum dominumque rerum omnium, qui creauit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura esse præsciuit, & sciuit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, quam mala esse non sinere: sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, vt in ea prius ostenderit, quid posset eorum liberum arbitrium: Deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, iustitiæq; iudicium. Liberum arbitrium fuit, non confirmatum, vt vellet, quod posset, Gratiæ beneficium hoc contulit, vt reuera efficaciter vellet, & posset, ac proinde faceret. Nam de eo disputat Augustinus toto capite. *Hinc* (inquit) *exoritur alia quæstio. Quæritur enim à nobis, quantum attinet ad hoc donum Dei, quod est in bono perseuerare vsq; ad finem, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certe sine vllo vitio factus est rectus?* Deinde concludit: *Non ergo habuit in illo bono perseuerantiam, etsi non habuit, non vtiq; accepit. Porro si propterea non habuit, quia non accepit, quid ipse non perseuerando peccauit, qui perseuerantiam non accepit?*

pit? Quomodo enim accepisset, & perseuerantiam, & non perseuerasset? Porro si propterea non habuit, quia non accepit, quid ipse non perseuerando peccauit, qui perseuerantiam non accepit? Neq; enim dici potest deo non accepisse, quia non est discretus à massa perditionis gratiæ largitate. Nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa, antequam peccasset, ex quo tracta est origo vitiata. Quapropter, &c. Causam ergo hic reddit, cur *beneficium gratiæ* datum non sit, *qua perseuerarent*, nã recti sunt facti, & sine vitio, sed suam rectitudinem deseruerunt. Tandem toto capite hoc agit: Inter quæ & hæc. *Diabolus vero & Angeli eius, etsi beati erant antequam caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem tanquam præmium istius permansionis acciperent.* Hæc eadẽ c. 11. exponit. Vt sit vel inconsideratissima interpretandi præsumptio, quod non legit: aut obstinatissima mentiendi libido, si legit.

 Nunc

Patrum auctoritates deprauat Aduersarius.

Argumentum 5. Bellarmini ex decem patrum auctoritatibus, breuiter illorum verbis hinc inde mutilatim allatis eludere conatur. Sed in signi fraude, impudentiaq;. Nam 1. Irenæus l. 3. contra hæreses c. 37. *Quoniam eam quã habui à spiritu sanctitatis stolam amisi.* Aduersarius ita citat. *Irenæus dicit, Adamum habuisse, amisisse stolam sanctitatis.* Ex eo quod ea stola est, nec quouis modo, sed à spiritu sancto accepta, non de facultate naturæ orta, constat eam naturalem non dixisse. Maxime cum ca. 20. Dixerit, *quod perdideramus in Adam, in Christo nos recuperasse*, deinde *stolam illam* opponit Irenæus *tegumento foliorũ*, vtrumque externum naturæ esse demonstrans.

2. Cyprianus serm. de bono patientiæ. *Adamum acceptam diuinitus gratiã non seruasse.* & Ep. ad Pompeium *spiraculum vitæ de gratia interpretatur*, quæ quamuis literalis expositio non sit. Quid tamẽ ille de gratia sentiat, ostendit, scilicet; diuinitus accipi, naturæ iam conditæ inspirari, non esse opus

naturæ,

naturæ, non procedere ex principiis naturalibus.

3. Basilij tria producit testimonia Bellarminus.

Vnum arrodit aduersarius, reliquorum euidentiâ victus conticescit. Addam ergo & illa, vt videat lector, id aduersario vnice curæ esse, vt testes veritatis supprimat: forte erit etiam de seductis quispiam, cui potior sit Magni Basilii, quam nouatoris auctoritas. Ad Amphilochiũ ca. 15. Cum dixisset: *aquâ mortis exhibere imaginem, spiritum vim viuificam immittere, vitam operari spiritũ* Et. *Itaq; si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquæ naturâ, sed ex spiritus præsentia.* Deinde pergit. *Per spiritum sanctum datur in paradisum restitutio, in regnum cælorum reditus, in adoptionem filiorum reuersio; datur fiducia Deum appellandi patrem suum, consortem fieri gratiæ Christi, filium lucis appellari, æternæ gloriæ participem esse, & vt semel omnia dicam, Esse in omni benedictionis plenitudine.* Hinc colligimus: à spiritu sancto restitui, quod

Aduersarius plura testimonia patrum intacta reliquit.

quod Adamus habuit ab eodem spiritu sancto, nisi quis ita insaniat, vt in regnum cœlorum ipse naturaliter venire posse iudicet, aut naturalem Dei filium non adoptiuum fuisse. An omnis illa benedictionis plenitudo, vnicum gratiæ opus ex naturæ principiis emanare potest?

4. Ambrosius quartus testis est Bellarmini. De eo aduersarius: Ambrosius (comm. in 10. Lucæ) *Adamum indumenta gratiæ spiritalis accepisse.*

Fraus aduersarii.

Resp. Validum hoc est telum: hominum indumenta non sunt de naturâ. Non tamen hoc solum dicit. Duplex ergo hic fraus aduersarii, nam ex duobus à Bellarmino testimoniis adductis, alterum omittit, & hoc mutilum citat. Cum dixisset Ambrosius: *Angelos illos tenebrarum ante despoliare quæ accepimus indumenta gratiæ spiritalis, &c.* subdit: *Caue ne ante nuderis sicut Adam nudatus est mandati cœlestis custodiâ destitutus, & exutus Fidei vestimento, & sic letale vulnus accepit.* Indumenta, dona gratiæ sunt non naturæ, id clare ex

altero

altero colligitur, quia fidei vestimentum appellat, quam supra ostendi non posse vllo modo esse naturalem.

Alter locus l.6.c.7.Hexam.De imagine Dei disputat, & mente. *Illa est* (inquit) *plena sapientiæ, plena pietatis, atque iustitiæ, quoniã omnis virtus à Deo est.* Cui dicit Deus: Isa.49. Ecce Ierusalem pinxi muros tuos, *illa anima pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremq; pietatis. illa anima bene picta est, in qua est splendor paternæ gloriæ, & paternæ imago substãtiæ.* Pictura non est natiui coloris, sed adscititii. Virtutum gratia, splendor pietatis nos Deo gratos facit: Ideoq; subiungit. *Secundum hanc imaginem quæ refulget, pictura preciosa est Adam ante peccatum, sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cælestis, sumpsit terrestris effigiem.* Illa preciosa pictura gratum Deo fecit, gratia scilicet gratum faciens.

5. Et 6. Gregorius Nazianzenus oratione de pasch. & Chrysostomus Angelum terrestrem fuisse. Hom. 16. in Gen. ita citatio Caluinistica. Ve-

rum quod addit: *hæc ἀπροσδιόνυσα*, Est hominis communi sensu carentis. Nã cum Angelum dicit terrestrem sine dubiò Deo gratum iudicat, maxime cum Gregorius dicat, quod Caluinista suppressit. *Adamum fuisse spiritum & carnem, spiritum propter gratiã*, nec quãlibet gratiam, *sed vt cum Deo maneret, ac benefactorem glorificaret*, Gratia illa, qua homo *spiritus*, *qua Angelus efficitur*, qua sit *vt cum Deo maneat*, est gratia gratum faciens. Neq; naturalis, cum per eam, potius Angelus dicatur, quam homo, angelicorum donorum principia in humana natura nulla sunt. Chrysostomus etiam, non modò angelum terrestrem dicit. *Sed gratia Dei priuatum*, quam fuisse gratiam gratum facientem eâdem homiliâ docet. Nam mira gloria amictos tradit, deinde *nudatos ait superna gratiæ amictu. Quia* (inquit) *præuaricatio mandati vt superuenit, vestem illam nouam, & admirabilem, gloriæ inquam, ac supernæ beneuolentiæ, exspoliauit, & tam confusione indicibili circumdedit, quam nudatis sensum prabuit.* 7. Au-

7. Augustinus: *gratiam magnam accepisse.* ita aduersarius. At Bell. citauit capit. 11. de corr. & gratiâ. & lib. 11. de Gen. ad lit. capit. 31. & lib. 13. c. d: capit. 13. An ergo ex Augustini testimonio gratiam gratum facientem colligere poterimus? 1. capit. 11. *Magnam* (ait) *habuisse gratiam*, 2. *nunc non lætiore nos, sed potentiore egere.* 3. *Etiam meritoriam agnoscit. Sed quia noluit permanere, profecto eius culpa est; cuius meritum fuisset, si permanere voluisset, sicut fecerunt Angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt.* c. vero 13. ita pro meritis disputat, vt ex instituto aduersarium mendacii arguere velle videatur.

Ex 4. testimoniis August. omittit tria.

Denique capit. 11. de corr. & gratia. ait: *Deum dedisse homini bonam voluntatem, & habuisse hominem iustitiam, si vellet.* Habuit autem quia voluit, donec peccatum eam abstulit. His ergo Deo gratus fuit, quia peccato factus est inimicus.

Ex 5. Cyrilli testimoniis quatuor omittis.

8. Cyrillus: (ita citat aduersarius) *gratiam creatoris spiritu inhabitante nos seruasse.* l. 2. in Ioan. cap. 3. Si gratia illa creatoris *inhabitante spiritu sancto seruamur*, non ergo naturæ viribus, nec est de domesticis naturæ rectæ fructibus, sed de hospitis munificentia. Cætera loca vt li. 1. c. 15. lib. 11, cap. 25. li. 12. cap. 56. & l. de adoratione in spiritu, quia inuicta animaduertit contra perfidiam suam continere testimonia, nō attigit.

9. Leo papa, serm. 1. de Ieiun. 10. mens. *Ad quam* (inquit) *quotidie nos vtique reparat gratia Saluatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.* At in secundo erigitur fides, spes, caritas, hæc ergo fuere in primo, his autem ille gratus Deo fuit.

10. Gregorius papa, l. 5. Ep. 14. & l. 6. Ep. 31. docet *animam Adami mortuam fuisse, non vt non esset, sed vt beata non esset. Deinde per pænitentiam ad vitam rediisse,* beatitudo illa gratiæ fuit, & gratiæ gratum facientis. Nemo beatus, nisi Deo gratus.

Demū Bellarminus tria dubia proponit,

ponit, quæ aduersarius interpolando sua facit, ea ergo ex ipso audiamus.

Dubium 1. *August. dicit: Deum sic condidisse Angelos, & hominem, vt prius in eis ostenderet, quid posset liberum arbitrium: deinde quid posset gratiæ beneficentia. Ergo videtur homo non fuisse conditus in gratiâ.*

Impudens deprauatio dictorum Augustini.

Respon. Bellarmini. *Augustinum velle, liberum arbitrium in primo homine gratiâ quidem adiutum, sed in gratiâ non confirmatum, sicut postea in statu gratiæ:* Replica aduersarii: *Sed est elusio. Augustinus liberum arbitrium primi status, absolute opponit beneficio gratiæ tertii status. Ergo loquitur de gratiâ, qua caruit primus homo. Non caruit vero (secundum Augustinum) gratia habituali imaginis Dei. Gratiam igitur, quam tertio statui tribuit, intelligit non habitualem, sed Euangelicam, quæ est gratuita peccatorum remissio per Christum. Quam* ὁμωνυμίαν *gratiæ obseruare noluit Bellarminus.* pag. 44.

Resp. Vera est Bellarmini responsio: Aduersarii stolida. Prius demonstro. Verba August. de corr. & gratia ca. 10. *Quapropter saluberrime confitemur, quod rectis-*

Gratiæ beneficium quod defuit Angelis & homini, est perseuerantia.

rectissime credimus, Deum dominumque rerum omnium, qui creauit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura esse præsciuit, & sciuit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, quam mala esse non sinere: sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, vt in ea prius ostenderit, quid posset eorum liberum arbitrium: Deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, iustitiæq; iudicium. Liberum arbitrium fuit, non confirmatum, vt vellet, quod posset, Gratiæ beneficium hoc contulit, vt reuera efficaciter vellet, & posset, ac proinde faceret. Nam de eo disputat Augustinus toto capite. *Hinc* (inquit) *exoritur alia quæstio. Quæritur enim à nobis, quantum attinet ad hoc donum Dei, quod est in bono perseuerare vsq; ad finem, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certe sine vllo vitio factus est rectus?* Deinde concludit: *Non ergo habuit in illo bono perseuerantiam, etsi non habuit, non vtiq; accepit. Porro si propterea non habuit, quia non accepit, quid ipse non perseuerando peccauit, qui perseuerantiam non accepit?*

pit? Quomodo enim accepisset, & perseuerantiam, & non perseuerasset? Porro si propterea non habuit, quia non accepit, quid ipse non perseuerando peccauit, qui perseuerantiam non accepit? Neq; enim dici potest ideo non accepisse, quia non est discretus à massa perditionis gratiæ largitate. Nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa antequam peccasset, ex quo tracta est origo vitiata. Quapropter, &c. Causam ergo hic reddit, cur *beneficium gratiæ* datum non sit, *qua perseuerarent*, nā recti sunt facti, & sine vitio, sed suam rectitudinem deseruerunt. Tandem toto capite hoc agit: Inter quæ & hæc. *Diabolus vero & Angeli eius, etsi beati erant antequam caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem tanquam præmium istius permansionis acciperent.* Hæc eadē c. 11. exponit. Vt sit vel inconsideratissima interpretandi præsumptio, quod non legit: aut obstinatissima mentiendi libido, si legit.

 Nunc

Nunc Heidelbergensem interpretationem videamus. *Hoc Gratiæ beneficium, negatum Adamo, & quibusdam Angelis: ait non esse gratiam habitualem, qua homo non caruit. Sed gratiam Euangelicam, quæ est gratuita peccatorum remissio per Christum.*

Responſ. Recte hoc primo, quod concedat cum Augustino Adamo gratiam habitualem, quam (pag. 15.) negauit esse gratiam, grauiter in Bellarminum inuectus, quod titulum libri inscriberet: *De Gratiâ primi Hominis.*

2. Quid porro stultius quam velle, Augustinum dicere, Hominem & Angelos *caruisse gratia Euangelicâ*, hoc est, *gratuita peccatorum remissione*, hoc est, *Non-imputatione peccatorum*? Nam *Deus ostendit in Angelis quid posset suæ gratiæ beneficium*. Ad non-imputationem seu remissionem peccatorum pertinere non potest: Nulli enim Angelo peccatum remissum est. Verba Augustini: *Denique Angeli quidam, quorum princeps est, qui dicitur Diabolus, per liberum arbitrium à Domino refugæ facti sunt*

Non-imputatio peccatorũ ad Angelos non pertinet.

ſunt, &c. cæteri *per liberum arbitrium in veritate ſteterunt.*

Hic de gratia agit quam quidam angeli & homo non habuit, alii angeli habuerunt, at de gratia Euangelica dici non poteſt, eam habuiſſe quoſdam angelos, cùm omnibus angelis peccantibus ſint imputata peccata, Adamus vero electus. Pueriliter ergo ille bis-puer, nec Auguſtinum, nec ſua intelligens, & Bellarminum calumnians ludit. *Hæc & ſequentia adeo inepta ſunt, vt ociosum valde oporteat eſſe, qui his confutandis vel momentum temporis perdat.* Ita fol. 85. Scaliger, in ſua cum aduerſario noſtro controuerſia. Tempus tamen hoc libenter impendam, & ſuperimpendar pro veritatis defenſione, animarumque & hæreticorum, & hæreticis credentium ſalute.

Dubium ſecundum. Ex auctore L V & N T. quæſt. 123. Negat ille *Adamum accepiſſe Spiritum ſanctum.* Bellarminus *negat eſſe Auguſtinum*, ex conſenſu Louanienſium, Pariſienſium, & vt aduerſarius ait Eraſmi. Nec hoc modo,

 etiam

etiam hæreticum esse probat. Certe aduersario orthodoxus esse non potest, tam multa contra Caluinismum disputans. Verum hoc pariter argumentum aduersario & nobis soluendum est. Vide D. Tho. 2. q. 95. a. 1.

Dub. 3. *Eod. lib. q. eâdem allegatur illud Apostoli: Primus homo terrenus de terra: secundus homo Deus è cœlo: & spiritus viuificans. Primo igitur homini terreno negatur gratia spiritalis.* Resp. aduersarius: *Bellarminũ sui pudet, obscure igitur aliquid mussitat: Thomas clarius respondet: Adam fuisse terrenum secundum corpus: non terrenũ secundum animam: Hoc satis. Tantum n. docet Apostolus, dari corpus animale, corpus Adami cibo, potu, indigens, dari & spiritale alimentis non subditum, corpus Christi, beatotũ post resurrectionẽ in gloria. pag. 45.*

Resp. Vt æquus lector agnoscat, quã impotens sui sit odium, adscribam ipsa Bellarm. verba, digna quæ & hic legantur. Bell. c. 3. §. at non. *Respondeo, Apostolũ eo loco conferre corpus recens formatum Adami, quod animale erat, ciboq; ac potu, vt sustentaretur egebat, cũ corpore Christi glo-*

rioso

rioso post resurrectionem, quod spirituale dici poterat, cum nec fami, nec siti, nec ulli corporali necessitati, aut indigentiæ subiaceret. Differit enim eo loco, B. Paulus de resurrectione corporum, ac dicit prius esse corpus animale, deinde corpus spirituale, ac de corpore animali exponit illa verba Genes. Factus est homo in animam viuentem. De corpore spirituali adiungit ipse, secũdus homo factus est in spiritum viuificantem. Et hæc est expositio Chrysostomi, Theophylacti, Ambrosii, Anselmi, Thomæ, & aliorum in commentario eius loci: Et S. August. in Epist. 146. & lib. 13. de c. d. c. 2. & 23. Quamuis autem Adami in paradiso animale fuerit, potuit tamen animus eius spiritualis esse, ut re vera fuit, per Spiritum sanctum in eius pectore habitantem. An vel ipsa calumnia dicere audebit: *Bellarminum sui pudere, obscure mussitare*, cuius verba non modo clara sunt, sed etiam sententia tot sanctos habet & doctos suffragatores?

CAP.

CAPVT IV.

Non eguisse primum hominem in statu innocentiæ auxilio speciali, quo excitaretur ad bene operandum, vel ad vitanda peccata.

1. *Quatuor dona in homine considerantur.*
2. *Bellarminus non facit primum hominem Aiacem, vel Cyclopem.*
3. *Quatuor illa dona recte considerat Bellarminus.*
4. *Tertium donum & quartum non pugnant.*
5. *Atrox aduersarij calumnia detegitur.*
6. *Omnes egent auxilio speciali.*
7. *Aduersarius oppugnat Augustinum.*
8. *Seipse redarguit.*
9. *Grauißima calumnia aduersarij excutitur.*

Quatuor dona in homine.

TErtia est hæc propositio, quam probandam suscepit Bellarminus. Primo eam explicat: *In homine posse quatuor considerari. 1. Habitus gratiæ. 2. Conseruationem habitus. 3. Cooperationem Dei cum homine per auxilium*

xilium generale in operibus naturalibus, ſpeciale in ſupernaturalibus. 4. *Motionem quandam per auxilium excitans, quæ facit hominem vti prioribus donis.*

Secundo. Declarat ex Auguſtino libro de corr. & gratia, cap. 12. & lib. 14. de c.d.c. 27. ſimilitudine alimentorum: *Nam qui præbet homini cibos, & relinquit eius arbitrio vt comedat, dat poſſe viuere, ſi vero in os infundat, dat non modo poſſe viuere, ſed etiam viuere.*

Tertio. Donis prioribus eguiſſe Adamum probat, qua in re illi cum aduerſario conuenit. Non eguiſſe quarto oſtendit ex Auguſtino, ratione, & obiectionis cuiuſdam ſolutione. Hæc Bellarminus.

Cauilla aduerſarij, & Hallucinationes.

OMnia pene carpit aduerſarius, tanta contentione, vt nihil penſi habeat aduerſus ſe, ſuoſque dicere, modo Bellarmino poſſit contradicere.

Obiectio prima. *Totum caput ſpinoſum*

sum, inaniter verbosum, plus inanis ostentationis, quam vtilis doctrinæ, solidæ eruditionis continens. pag. 46.

Resp. Spinosum est fateor, armatum in Pelagianos, & veteres & nouos, in atheos, in asinos, quibus doctrina Augustini quæ hoc capite continetur, spinosa est. Totam namq; ex August. sumptam res ipsa docebit.

Obiectio secunda. *Assertio* (Bellarmini) *superba, in Deum contumeliosa, falsa, Primum hominem fingit Aiacem quendam vel Cyclopem Homericum, qui etiam sine Deo vincere posset: Hoc est, qui ad velle & perficere sine* Deo *sibi sufficeret, ad perseuerandum Deo non indigeret. Quis hic furor?*

Bell. non facit primum hominem Aiacem vel Cyclopem

Respons. Scaliger respondet (fol. 98. Elenchi) *Insania superiori similis, qua omnem* κορυβαντιασμὸν *superat*. Hoc ille de furore nostri aduersarii. Immanis furor talem fingere hominem, quod nunquam facit Bellarminus. Immanis furor innocenti hoc crimen imponere, quod facit inimicus Bellarmini. Audiadiamus Cyclopem, deinde Bellarminum

num, vt ex parallelis illis veritatem demonſtremus.

Cyclops.

Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φρίσσω ξένε.
οὐδ' οἶδ' ὅτι ζεὺς ἐς' ἐμοῦ κρείσσων θεός.

Sumpſit hæc Tragœdus ab Homero: Odyſſ. I.

Νήπιος εἶς ὦ ξεῖν' ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας,
ὅς με θεοὺς κέλεαι, ἢ δειδίμεν, ἢ ἀλέασθαι,
οὐ γὰρ κύκλωπες διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν,
οὐδὲ θεῶν μακάρων, ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί ἐσμεν.
οὐ γὰρ ἐγὼ διὸς ἔχθος ἀλευάμενος πεφιδοίμην,
οὔ τε σεῦ, οὔθ' ἑτάρων, εἰ μὴ θυμός με κελεύει.

Iouis ego fulmen, ô hoſpes, non horreo.
Neq; exiſtimo Iouem me eſſe meliorem: Euripides.

Et Homerus:

Stultus es, ô hoſpes, aut ex lõginquo veniſti,
Qui me iubes deos, aut timere, aut declinare.
Neque enim Cyclopes capra nutritu Iouem curant.
Neq; deos beatos, cum multo meliores ſimus.
Itaq; nec ego Iouis inimicitiam veritus pepercero
Vel tibi, vel ſocijs, niſi ita animo collibitum fuerit meo.

Hæc

Hæc Cyclops. At Bellarminus, 1. À Deo hominem accipere gratiam habitualem, eius conseruationem, cooperationem Dei per auxilium generale, & speciale, sine eo nihil omnino posse, sine eo in nihilum rediturum esse, per omne momentum, in omni motu & promotu à Deo pendere, quæ non sunt Cyclopicæ Theomachiæ, sed pietatis orthodoxæ.

Quatuor dona recte considerat Bellarminus.

Obiectio secunda. In consideratione quadruplici donorum, sunt *omnia captiosa, sophistica: Pleraq; obscura, ἀσύστατα, falsa: quod sic ostendo. Ait in homine quatuor dona considerari. In quo homine? quo statu? nonne hoc obscurum, captiosum? Si in primo homine: tota sequens applicatio inanis ταυτολογία. Si in statu peccati: falsum est hac dona in homine reperiri. Si in statu gratiæ: ludit operam; quia dona creationis & reparationis minime similiter se habent pag. 48.*

Resp. Aduersarium oleum, & operam ludere, interim infelices animas ludendo perdere.

Dona hæc non in hoc, vel illo statu, sed

ſed in homine generatim, qui Dei beneficio ſtatum innocentiæ, & gratiæ; ſuo vitio, miſeriæ ſortitur, conſiderari manifeſtum eſt. Ideo cauillum aduerſarii ex diſtributione putidum eſt: Perinde ac ſi Bellarminus dicat; In homine conſiderari innocentiam & pœnitentiam. Ille verò argutetur: Non in ſtatu integro: quia in illo non eſt opus pœnitentiâ. Non corrupto: quia illi deeſt innocentia. In quo igitur? In homine abſolutè ſumpto, qui poteſt habere innocentiam, & innocentiæ perditæ pœnitentiam, ita hæc quatuor dona homini conueniunt, non ſingula ſingulis, nec omnia omnibus, ſed omnia quibuſdam; Vt fidelibus in ſtatu gratiæ manentibus. Quædam quibuſdam, vt tria priora hominibus in ſtatu innocentiæ. Quibuſdam ſolum tertium. Omnia ergo hæc in homine conſiderantur, quæ in aliquo ſunt omnia, in aliis eſſe poſſunt. Nihil ergo in Bellarmino obſcurum eſt, aut captioſum.

Tertium donum & quartum non pugnant.

Obiectio 3. *Interim* (inquit) *tertium elidit quartum, quod vocat motionem quandam Dei excitantem hominis liberum arbitrium, vt prioribus donis vtatur, aut enim hoc est idem cum Tertio, aut datur absurdum. Quid enim cooperatio Dei cum homine esse potest, nisi motio Dei in hominis voluntate, suscitans eam ad bene volendum, operandum?* & deinde: *Aut certe fingitur cooperatio sine motione, quod est absurdum.* pag. 49.

Ait Bellarminus. Priora tria non præstare homini vt operetur, sed tantum vt posit operari, si velit: quartum demum facere vt operetur, *sed hæc* (inquit) ἀσύστατα. *Si enim in tertio datur cooperatio Dei cum homine, datur vicissim operatio hominis cum Deo. Datur ergo operatio hominis sine quarto.*

Respons. Nihil absurdum, nihil ἀσύστατον, nisi summa negligentia aduersarii verba Bellarmini quem oppugnat, non legentis, vel fraus, legisse dissimulantis. Nõ negat sine quarto dono cooperationem Dei, & hominis operationem esse posse, imo in paradiso homines,

mines, & Angelos ſine eo operatos expreſſe ipſe docuit. Hominem lapſum ſine quarto dono, id eſt excitante gratiá negat operari. Deinde diſcrimen doni Tertii & Quarti Clariſsime indicat. Nam donum Tertium non eſt ſola actio quæ exercetur, ſed etiam auxilium Dei cooperari paratum, ſeu cooperatio oblata. Ideo Bellarminus: *Et per hoc quod promptum eſt ad cooperandum, dat homini poſſe bene operari.* & §. in his locis: *Cooperatio diuina promptiſſima erat, ſed in actu primo (vt ſic loquar) illi aſſiſtens, non in actu ſecundo, niſi cum ipſi Adamo operari aliquid libuiſſet.* Itaque hanc gratiam, ſeu cooperationem, ſiue in actu primo, ſiue in actu ſecundo, ait ibidem fuiſſe in poteſtate liberi arbitrii. Cooperatio ergo Dei parata, ſeu in actu primo eſſe poteſt ſine motione voluntatis, cui eſt illa parata, non cooperatio in actu ſecundo.

Obiectio 4. Tandem propoſitionem Bellarmini impugnat: *Eguit eo, ſine quo, in tentatione ſtare non potuit,* ita

Atrox aduerſarii calumnia detegitur.

ita ille: vt vero argumentum concludat, accipienda assumptio. *At sine dono quarto Adamus stare non potuit:* quæ adeo perspicuæ falsitatis est, vt eius puduerit aduersarium, ideo omisit. Deinde quia hic parum erat præsidii, palam sine fuco sententiam Bellarmini deprauat.

Verba Bellarmini: *Quarto dono, id est, auxilio excitante, & suadente interius non eguisse, atque ob id eo caruisse Adamum.* Ne vero quis dubitet, quale auxilium sit, discet ex verbis Augustini de corr. & gratia c. 11 *Ille non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti, cum dicunt: video aliam legem, &c.* & de bono perseuerantiæ cap 7.

Aduersarius autem: pag. quinquagesima prima. *Cur Adam non indiguerit, nos indigeamus quarto beneficio, causā reddit vtrinq; sophisticam. In Adamo quidem erat Harmonia facultatum omnium sine rebellione: sed non ideo, non indigebat speciali gratiā conseruante harmoniam, quæ eius voluntate turbari poterat.* & (pag.

52. af-

52. affirmat Bellarminum §. Quarto dono) dicere: *Adamum caruisse speciali auxilio, eo non eguisse.* Non dixit hoc vnquam Bellarminus, *sed illo quarto auxilio negat eguisse*, quod opus est illis qui rebellionem carnis sentiunt, quos torpor, aliorumque vitiorum circumstat cohors: *auxilio speciali eguisse* clarissime docet, quod est cooperatio Dei in supernaturalibus. Non ergo egebat auxilio sanante, quod contra morbum erat remedium, qui sanus erat, non excitante, qui non dormiebat, vt tamen vigilaret egebat adiutorio. Hoc speciale est, de quo Augustinus à Bellarmino citatus, ait: Epist. 106. *humanam naturam nullo modo seipsam DEO non adiuuante seruare posse*, & Enchirid. capitul. 106. *Iustitiæ retinendæ non suffecisse liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni, diuinum adiutorium præberetur*, & de corrept. & grat. capit. 11. *adiutorium sine quo in ea non posset permanere, si vellet, &c.* Atrox ergo iniuria est, cum dicitur id auxilium negare, quod

auctoritate, & argumentis probat. Hinc tota illa argumentatio contra vmbras, non Bellarminum exstruitur: *Cuius carentiâ homo lapsus est, eo quod non indiguerit ad cauendum lapsum, dicere insania est. Ob carentiam specialis gratiæ dirigentis, conseruantis bonam hominis voluntatem, homo lapsus est. Ergo dicere hominem speciali gratia non indiguisse ad lapsum cauendum; par est insania, atq; dicere, auem pennis non indigere ad volandũ: Vnum hoc argumentum, quod pro dolor, Euentus nimis validum fecit, audax aduersarij commentum euertit satis.*

Omnes egent auxilio speciali.

Respondet enim Bellarminus. Anathema, si quis dicit Adamum non eguisse speciali auxilio ad cauendum lapsum. Insanus si quis ait: eguisse dono quarto, quo corrupta natura eget. Vigilans vt vigilet, eget auxilio, non tamen eo quo dormiens, vt excitetur. Iustus eget auxilio, sine quo iustus manere non potest, non tamen eo quo eget iniustus vt fiat iustus. Deinde ipse aduersarius ita docet: Pagina Quinquagesima septima. *Morbus nondum erat*

erat, quid opus remedio? rebellio nulla fuit. quorsum igitur frenum? Quo argumento ibi ad errorem abutitur, hic bene vti debuit: Nondum morbus, quid opus adminiculo infirmitatis? nondum rebellio, quid opus auxilio coërcente rebellionem? nec dicere potest: *fuisse auxilium hoc, ne esset rebellio*, tum quia hoc ipse capit. 5. oppugnat: Tum quia actualis illa coërcitio sine actuali rebellione esse non potest.

Pergit aduersarius: pagin. 53. *Quæ vero hæc argumentatio: Non eguit adiutorio, quo nos, ad domandam rebellionem. Nullo igitur eguit ad cauendum lapsum?*

Respons. Heidelbergensem: Si enim vel pilum boni viri habet, ostendat hanc in Bellarmino argumentationem.

Bellarmini ratio est: *Non eguit adiutorio, quod nos imploramus, cum dicimus: Video aliam legem in membris meis, &c. Non ergo eguit quarto dono, seu auxilio ad edomandam carnem.* Aduersarius Augustinum oppugnat.

Doctrinam suam cum ex Augustino acceperit Bellarminus adscribam magni & sancti Doctoris verba, vt videat aduersarius cui sub nomine Bellarmini calumniam struat. De corrept: & grat. capit. 11. *Quid ergo? Adam non habuit DEI gratiam? imo vero habuit gratiam DEI magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quæ bonitate sui conditoris acceperat. Neque enim ea bona, & ille suis meritis comparauerat, in quibus nullum prorsus patiebatur malum, sancti vero in hac vita, ad quos pertinet liberationis hæc gratia, in malis sunt, ex quibus clamant ad Deum, libera nos à malo. Ille in illis bonis Christi morte non eguit, istos à reatu & hæreditario, & proprio, illius agni sanguis absoluit. Ille non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti cum dicunt: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

Gratia

Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: quoniam in eis caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, atque in tali certamine laborantes, ac periclitantes, dari sibi pugnandi, vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt. Ille vero nulla tali rixa à seipso, aduersus seipsum tentatus atq; turbatus, in illo beatitudinis loco, sua secum pace fruebatur. Proinde etsi non interim lætiore nunc, veruntamen potentiore gratiâ indigent isti: Hoc ergo adiutoriũ quod per Christi mortem confertur, cuius in certamine non in pace vsus est, non habuit primus homo.

Deniq; fatetur aduersarius, Bellarmin. ad doctrinam August. prouocare, & operose probare, quod nemo negat, hominem primo, secundo, tertio dono eguisse. (pag. 52.) Quid igitur opus stolida calumnia) pagin. 53.) eum concludere: Nullo adiutorio eguisse ad cauendum lapsum cum terna adiutoria necessaria demonstret? Aduersarius se redarguit.

Interim si aduersarij doctrinam consideremus, apparebit ex eâ, ne quarto

quidem dono opus esse. Nam quartum donũ necessariũ est ad opera superna-turalia, etiam ex sentẽtia aduersarii, nã pag. 53. August. interpretatur de adiutorio speciali, *nam sine generali* (inquit) *homo ne esse quidem poterat, nedum in rectitudine permanere*. & pag. 48. reprehẽdit Bellarminum qui nòn diuiserit *conseruationem in generalem & specialem*, at hæc specialia sunt in supernaturalibus non naturalibus, sentit ergo ea dona fuisse circa supernaturalia, & ipsa supernaturalia; at in primo homine hęresis Caluiniana nihil naturę integræ supernaturale agnoscit, non ergo vllam conseruationẽ vel adiutoriũ speciale.

Tandem ad obiectionem ex Augu. respondet Bellarminus, & responsionem impugnat aduersarius. Obiectio. lib. de bono perseu. capit. 7. *In viribus lib. arb. fuisse, & perseuerare, antequã caderet*. & similia li. 3 Hypogn. Resp. Bellarm. *Augustinum velle, non quidem, quod Adam sine omni gratia perseuerare potuerit; sed quod ipsa quoque gratia, sine qua perseuerare non potuisset, esset in potestate*

te liberi arbitrij. Obiicit contra responsionẽ aduersarius. *Quid vero hoc est, nisi Deum cũ sua gratia hominis potestati mãcipare? ex lib. arbit. gratiam ipsam, Deum ipsum facere? Augustinum tantæ impietatis patronum parare?*

Duorum criminum accusatur Bellarminus, *quod impia* ἀποθεώσει *liberum arbitrium faciat Deum, & Augustinum eius* ἀποθεώσεως *paret patronum.* Duplex calumnia. Grauissima calumnia aduersarii.

Nam gratiam Dei qua perseuerare posset, fuisse in potestate lib. arbit. docet Augustinus de dono perseuerantiæ c. 7. *Siquidẽ & vt non discedamus à Deo, nõ ostendit, dandũ esse, nisi à Deo, cum poscendũ ostendit à Deo. Qui enim non infertur in tentationem, non discedit à Deo. Non est hoc in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt, fuerat in homine antequam caderet. Quæ tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantiâ quantum valuerit, apparuit in Angelis; qui diabolo cum suis cadente, in veritate steterunt, &c. post casum autem hominis, non nisi ad gratiam suam Deus voluit pertinere, vt homo*

accedat

accedat ad eum; neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, vt homo nõ recedat ab eo. Augustinus itaque nunc gratiam aliquam homini dari vult, quæ tum non fuit, & concedit aliquid in viribus libe. arbit. fuisse, quod nũc est gratiæ. Id alio modo intelligi non potest, quam eo tempore in prima illius conditionis præstantia, auxilium paratum fuisse, si voluntas à Deo recedere nollet, nunc vero egere suasione, interna incitatione, torporis excussione, quæ nõ sunt in hominis potestate. Verum præstat audire D. Augustin. sese explicantem, vt Bellarminianæ sententię auctorem cognoscamus. De corrept. & grat. cap. 11. *Istam gratiam nõ habuit homo primus, qua nunquam vellet esse malus: sed sane habuit, in qua si permanere vellet, nunquam malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset; sed eam tamen per liber. arbitr. deserere posset. Nec ipsum ergo Deus voluit esse sine sua gratia, quam reliquit* IN EIVS LIBERO ARBITRIO. *quoniam liberum arbitrium ad malũ sufficit, ad bonum autem nihil est, nisi adiuue-*

tur

tur ab omnipotenti bono: quod adiutorium si homo per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus: sed deseruit, & desertus est. TALE QVIPPE ERAT ADIVTORIVM, QVOD DESERERET CVM VELLET, ET IN QVO PERMANERET SI VELLET; *non quo fieret vt vellet. Hæc prima gratia est, qua data est primo Adam.* Et paulo post: *Dederat & adiutorium, sine quo in ea non posset permanere si vellet; vt autem vellet* IN EIVS LIBERO RELIQVIT ARBITRIO.

De consensu igitur Augustini, & Bellarmini dubitare ne aduersarius quidem potest. Verum nunc Augustinum à calumnia vindicemus, & imaginariam ἀποθέωσιν tollamus. Argumentatio in forma hæc. *Si adiutorium seu gratia sine qua homo perseuerare non posset, esset in potestate liberi arbitrij, Deus cum sua gratia hominis potestati esset mancipatus, liberum arbitrium esset gratia, & Deus. Impium est consequens, ergo & antecedens.*

Resp. Non esse illud consequens, & verum esse antecedens. Nam neque ad-

aduersarius probare conatur illam sequelam propositionis, & seipsâ concidit; quod enim alterius potestati mancipatur, non est illud cuius subijcitur potestati.

Secundo. Cum DEVS aliquod suum adiutorium libero creaturæ permittit arbitrio, non est ea in seruitutem mancipatio, sed infinitissimæ bonitatis liberrima liberalitas.

Posuit in manu Adami bonum, & malum: ante eum aquam, & ignem; obtulit suum adiutorium, vt in bono perseueraret homo, non vt potestate sua se ipse DEVS exueret.

Neque vero cum Sol & luna starent, *Obediente DOMINO voci hominis* Iosuæ decimo, decimo quarto, *neque cum ros & pluuia non essent nisi iuxta verba oris Eliæ.* Iosuæ vel Eliæ mancipium erat DOMINVS, neque Iosue aut Elias Deus.

Exem-

Exemplo Caluiniano Augustinum tueri possumus.

Caluinistarum fidelibus, in ebrietatibus, furtis, adulteriis, latrociniis, blasphemiis, constanter DEVS confert adiutorium, ne temperantiam, iustitiam, castitatem, charitatem, Spiritum sanctum amittant, vt ipsi docent, inter hæc flagitiorum turpia, & facinorum atrocia, non irascitur illis DEVS, non actiue, non passiue execratur. Sed continuo adiuuat, vt sanctitatem retineant, & tam nefarie malis voluntatibus, in horrendis lapsibus, occultissimâ gratia latentem iustitiam instillat, præstatque vt quamuis in bono non permaneat eorum arbitrium, non sit tamen malum.

An Deum Caluinistæ suum putent esse mancipium.

Plane quasi semel illis iustitia collata, se sua potestate abdicasset, ne vlla iustitia pollui possent. Hæc cum sentiunt, non tamen se, vel sua scelera Deos se facere arbitrantur.

Cur

Cur ergo Adamus esset Deus, si adiutorium perseuerandi permitteret eius arbitrio Deus Adami? Et bene agere volenti semper præstaret bene agere? Non est Caluinistarum mancipium Deus, cum sua gratia eos in horrendis lapsibus sanctificat, ne fiant mali, cum eorum arbitrio confert adiutorium, quo fit, vt quanquam in omnes vtriusque tabulæ leges committant, non sit tamen peccatum regnans: Cur igitur Adami mancipium diceretur, si ita eius libero arbitrio gratiam suam deferat, vt nisi recedentem non deserat: vt posset permanere si vellet, vt autē vellet, in eius relinqueret arbitrio? non redigitur in ordinem aut seruitutem omnipotens natura, cum liberrimâ munificentiâ, benignissimo miserādi proposito, creaturæ suæ gratiam offert, quâ pro libero suo arbitrio creatori suo possit adhærere.

CAP

CAPVT V.

Supernaturale donum fuisse rectitudinem, quam primus homo in creatione accepit.

1. Diuersæ in homine propensiones.
2. In primo homine rebellio in actu primo.
3. Quomodo propensiones contrariæ?
4. Natura corrupta etiam in bonum ferri potest.
5. Responsio ad argumentum aduersarii à Manichæis sumptum.
6. Defensio hypotheseων Bellarmini.
7. Aduersarius tandem nobiscum sentit.
8. Satis fit reliquis eius cauillis.

PRopositionem quartam hoc capite explicat, cap. 6. probat, cap. 7. aduersariorum argumenta dissoluit.

Maior est hoc capite; & longior quam superioribus aduersarii labor, singula inspiciamus: ac primò quatuor Bellarmini hypotheses.

Hypothesis 1. *In homine qui carne constat & spiritu, naturaliter dari duas propensiones contrarias. Vnam, ratione carnis ad bonum corporale, & sensibile, in quod per* Diuersæ in homine propensiones.

K *sensum*

sensum fertur & appetitum, alteram, spiritus, ad bonum spiritale, & intelligibile, per intelligentiam & voluntatem. Hinc pugnam, & ex pugnâ ingentem bene agendi difficultatem oriri.

In primo homine rebellio in actu primo.

1. Cauillum Aduersarii: *Tota falsa est, seu integram seu corruptam naturam spectes. Tertia natura nulla.* De integrâ probat. *Ordinate homo ferebatur ad vtrumq; bonum, absq; rebellione carnis, & spiritus: quod fassus aduersarius supra: c. 2. §. deinde, pag. 56.*

Resp. *In naturâ integrâ fuisse propensiones, sed vt dicunt, in actu primo, Natura propensionum erat, vt nisi bono maiore continerentur inter se confligerent,* pugnam illam inhibuit gratia pacificatrix, non vt pugnare non possent, sed ne pugnarent: Insigni ergo imperitia constat paralogismus: *Homo ordinate ferebatur ad vtrunq; bonum, ergo nulla propensionum pugna.* De solâ actuali verum est. Nam etsi liberum arbitrium feratur ordinate in bonũ spiritale potest inordinate ferri in bonum corporale, idq; trahente appetitu inferiore.

Erant

Erant ergo in ea naturâ potentiæ quæ in contraria ferrentur, sed quasi gladius in vaginâ, rectitudine supernaturali continebantur. Pax ergo illa erat inter dissidentes naturâ suâ, sed gratiâ conciliatas propensiones, vt supra cõtra Sozinum dixit aduersarius.

2. Cauillum: *Imo falsum propensiones esse contrarias, Disparatæ sunt: non contrariæ per se: ex accidenti contrariæ sunt factæ per peccatum. Vt enim corpus & anima, non sunt contraria per se: alias pellerent se mutuo, nec coirent in vnam hominis naturam ita propensiones animales, & corporales non sunt contrariæ per se, quia non pellebant se mutuò in naturâ integrâ.* pag. 56.

Quomodo propensiones contrariæ.

Resp. Propensiones illas, si potentias spectes ex se non esse contrarias: sed principia actionum interdum disparatarum, aliquando contrariarum: ratione ergo effectuum contrariæ sunt. Nam appetitus in bonum delectabile naturâ suâ fertur, siue illud honestati sit consonum, siue repugnans, nisi gratia inhibeat. Natura enim

corporea ad bona sui generis, insitâ quadam vi inclinare solet, sensuum oblectamenta. Hæc cum rationi aduersantur, resistit natura spiritalis: lex mentis, quæ sibi malum iudicat, & odit, quod imaginatio apprehendit, & appetitus amat vt bonum: Quæ etsi in illa primæ conditionis pace non fierent, talis erat tamen creatus homo, vt naturaliter fierent, nisi dono supernaturali naturalis discordia sopiretur: sic aduersarius (pag. 102.) *Potentiam non moriendi, seu negationem actus moriendi ex aliqua hypothesi, licet in se sit mortale, vocat immortalitatem hominis, in statu innocentiæ.* (& pag. 104) *corpus licet in se compositum materiatum, corruptibile: tamen vi animæ perpetuam humorum, spirituum* ἁρμονίαν *conseruaturum fuisse.* Cur ergo illa rectitudo non sit etiam potentia nō peccandi, seu negatio actus peccandi, appetitiones efficiendi rationi contrarias, etsi in se natura inclinata ad illos actus, vt corpus ad mortem?

3. Ca-

3. Cauillum pag. 56. *De naturâ corruptâ verum non est, animam ferri ad bonum spirituale, nisi valde* ὁμωνύμως: *Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei*, 1. Cor. 2. 24.

Resp. In natura corrupta animam ferri in bonum spiritale, quod saltem contrarium sit appetitibus carnalibus. Cum gentes naturaliter faciunt, quæ sunt legis, cuilem iustitiam, iurisiurandi religionem seruant impii, abstinent non licitis voluptatibus, contrarium ei faciunt, quod cupiditas & libido suadet; verissima ergo est propositio in naturâ corruptâ. Verum in his verbis: *animam non ferri ad bonum spiritale nisi valde* ὁμωνύμως, *calumniosa* malignitas est: quasi Bellarminus aliquod bonum spiritale ad salutem promerendam conducens tribuat impio, cũ clare dicat: *bonum spiritale & intelligibile, in quod fertur per intelligentiam & voluntatem*: *spiritale* est ergo hic omne, q̃ bonum est *intelligibile*, seu secundum rectam rationem. Aduersarius verbulũ vnum arripit, omisso altero, ne calum- Natura corrupta etiam in bonum ferri potest.

niandi præcidatur occasio.

Deniq; quorsum ista: *Animalis homo &c.* an non & regeniti corruptam naturam habent? an non ille qui clamabat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* quomodo ergo verũ q; ait: *De natura corr. verum non est?*

4 Cauill. pag. 56 & 57. *Falsum; pugnam duarum propensionum homini naturalem esse: qua opinione Deus causa peccati palam argueretur. Quæ enim naturalia per se, eorũ Deus auctor: quia auctor naturæ. Si igitur rebellio carnis & spirit⁹, (quæ est peccatum) inest naturæ per se: vtiq; inerit à Deo naturæ auctore* Resp. 1. Telum hoc, etsi ficulnũ est, aduersario tñ mirificè durum videtur, qui facilè vicies illud iacit. Depromptum est ex armentario Manetis. Aug. L. 1. retract. c. 9. *Propter eos q̃ppe illa disp. suscepta est, q̃ negãt ex libero volũtatis arbitrio mali originem duci, & Deũ, si ita est, creatorẽ oĩum creaturarũ culpandũ esse cõtendũt: eo modo volẽtes secũdũ suæ ĩpietatis errorẽ (Manichæi .n. sũt) ĩmutabilem quandam, & Deo coæternam inducere mali naturam.* Et L. 3 de lib. arb

aduersarius manichissat.

c. 23.

c. 23. *Multum enim sibi videtur acutè ꝓponere quæstionem, qui dicunt: si sapiens factus est primus homo cur seductus est: si autem stultus factus est, quomodo non est Deus causa vitiorum, cum sit stultitia maximum vitium?* Hoc itaq; argumetum aut pro Manichæis valet, aut pro Caluinistis non valet. Nam illi sic argumētabantur: qui est auctor naturæ, est auctor naturalium per se, Deus est auctor naturæ humanæ, ergo est auctor eorū quæ sunt illi naturalia per se: at tale est liberum arbitrium. Rursus: qui est auctor liberi arbitrij, est auctor eorum q̄ sunt arbitrio naturalia per se: at à Deo recedere, labi, naturale est libero arbitrio per se: cum tam nolle, quam velle ad eius naturales actiones pertineat. Ergo recedendi, labendi, nolendi, Deus est auctor. Respondeat Manichæis aduersarius, nisi & ipse est Manichæus.

Resp. Aug. L. 3. de lib. arb. c. 22. & 23. & Bellar. cap. 7. respons. ad 10. §. *Neque ꝓpterea.* Auctorē naturæ nō esse auctorē naturalis rebellionis, q̄a illa nō ex intētione agentis, sed ex conditione ma-

 teriæ

teriæ pullulat. Hoc quia vidit aduersarius, addit illud; *Per se*: vt indicaret, Bellarminum hoc opus Deo tanquam ab eo intentum tribuere. Idem Manichæis respondet Augustinus, & respondere debet aduersarius. Fecit Deus liberum arbitrium, non tamen auctor eius est lapsus, quo liberum arbitrium à suo recessit auctore: fecit ipsam potentiam, & bonum, & malum volendi, rem bonam valde, non tamen auctor est eius malitiæ, qua res bona vult malum: ita fecit potentias concupiscendi, irascendi, sentiendi, & delectationum fruendarum indidit naturæ ipsas facultates, nec ipsas malas, non tamen inordinationis quæ in eorum actionibus cernitur ipse auctor censeri debet. Deinde negat cum Augustino Bellarminus, *carnis rebellionem absq; consensu mentis propriè peccatum esse*; ideo nec sic quidem sequeretur Deum auctorē ēē peccati. Plura hac de re c. 7. Interim admirabile est, vti hoc argumento Caluinistā. Si enī De⁹ est auctor naturæ, ac proinde naturaliū, & ideo peccati

Aduersarius euertit Caluinismum.

cati

cati ex naturalib. orti. Quid fiet Caluino, & rigidis Caluinistis, quorum Deus homines ordinat, impellit, cogit ad peccatum, non ociosus permissor, sed efficacissimus patrator? Videat Theses Vorstianas, & responsum Venatorianum illis blasphemiis oppositum. Gratulor aduersario illum à suis magistris recessum: Verum vbi non Caluinissat, maheturit: non quidem (vt credo) malitiâ sentiendi, sed imperitiâ argumentandi.

Legat tamen Caluinum lib. 2. instit. cap. 4. §. 2. 3. 4. In 4. Exod. *Idem Facinus Deo Sathanæ, homini assignari non esse absurdum, & de speciali actione* (inquit) *loquor quæ in vnoquoque facinore apparet.* Et *videas efficaciam agendi penes ipsum fuisse* (Deum scilicet) Et: *actum non vertendum in permissionem, quasi inter agere & pati, nihil sit discriminis.* Ecce suo cõsilio, sua efficacia Deus facit illa facinora, & ministris diabolis ac reprobis vtitur, nec tamen est *auctor*, vt ipsi volunt. Et auctor dicetur, si naturã creet vnde peccatum consequitur, non vi-

 tio

tio creantis, sed inconstãtiâ creaturæ?

Originalis Iustitia frenum. c

Hypothes. 2. *Deum in creatione, vt remedium adhiberet huic morbo, & languori humanæ naturæ, qui ex conditione materiæ oriebatur, addidisse homini donum supernaturale, iustitiam originalem, qua velut aureo freno pars inferior superiori, superior Deo subiecta contineretur.*

Cauillum aduersarii. *Non est natura creata morbida. Morbus nondum erat, quid opus remedio? Rebellio nulla fuit, Quorsum igitur frenum?* & ne non sit modestiæ suę non memor, clamat: *Tale commentum quis fando audiuit? falsum, blasphemum totum in Deum, &c.*

Respons. Morbidam & rebellem non fuisse, non ex se, verum beneficio sanitatis, & concordiæ supernaturalis. Remedium erat, ne morbus esset, non vt tolleretur, frenum ne rebellaret, non quia rebellabat. Nam eo προφυλακτικῷ sublato, ruptoq; freno secutus est ingens ille morborum exercitus, & in abruptum præcipitatio.

Id agnoscit Caluinus.

Verum & hic pro Bellarm. contra discipulum suum stat Caluinus, (lib. 2.

instit.

Instit.c.1.§.4. *Nunquam enim repugnare Dei imperio ausus fuisset Adã, nisi eius verbo incredulus. Optimũ scilicet hoc erat frenum ad omnes affectus rite temperandos, nihil melius esse quam Dei mandatis parendo, colere iustitiam, deinde vltimam felicis vitæ metam esse ab ipso diligi, diaboli igitur blasphemijs abreptus, quantum in se erat, exinaniuit totam Dei gloriam.* Caluino dicat discipulus: *Rebellio nulla fuit quorsum frenum?* Notam marginalem: *Aureum frenum Bellerophontis*, quia ridet Bellarminum, in librum magistri sui transferat.

Pergit aduersarius edicere. *Neq; nobis dicat, Talem futurum fuisse hominem, nisi iustitiam originalem pro freno Deus addidisset. Perinde dixerit futurum fuisse bouem, nisi rationem, & loquelam indidisset.*

Respon. Obsecro bonâ veniâ professorũ Heidelbergens. liceat ita loqui Bellar. quia licuit Caluino. 2. quia Aug. licuit. l. retract. Ignorantia & difficultas etiãsi essent hõis primordia naturalia, nec sic esset culpãdus Deus, sed laudandus

sicut

sicut in eodem libro disputauimus. Is liber est tertius de libero arbitrio, in quo ca. 20. 21. 22. 23. de his tractat. Similitudo de boue, bouis est argumentum, non hominis. Si gratiam non dedisset homini Dominus, qua iustus esset, habuisset ignorantiam & difficultatem, ac proinde rebellionem, non tamen fuisset iniustus. *Quasi vero* (inquit Augustinus cap. 24. lib. 3. de libero arbitr.) *humana natura præter stultitiam & sapientiam, nullam mediam recipiat affectionem, quæ nec stultitia, nec sapientia dici possit.* De vitiosa autem stultitia loqui indicant sequentia, & cap. 22. *Quod naturaliter nescit, & quod naturaliter non potest, hoc anima non deputatur ad reatum.* Homo ergo ille non esset iustus, quia iustitia supernaturali careret, esset iustus quadam iustitia naturali, quamdiu nihil ageret iniustum, sed quæ iustitia ad vitam æternam non sufficeret.

Varie dicitur naturale.

Hypothesis 3. Naturale, (ait Bellarminus) *quatuor modis dici.* 1. *Quod habetur à natiuitate: Illud huc negat pertinere, quia & naturalia, & supernaturalia dona*

dona haberi possunt à natiuitate. 2. Quod naturam ornat, & perficit. Hoc etiam supernaturalibus proprie dictis conuenit. 3. Quod est donum gratuitum, sed naturam tantum perficit in naturalibus. 4. Quod fluit ex principijs naturæ. De hoc controuertitur. Nunc philosophiam aduersarii videamus. De qua Illustrissimus Caluinista) fol. 64. Elenchi.) *Hoc nihil habet hominis, qui sit aliquo literarum gustu, aut sensu communi præditus.*

Cauillum aduersarii. *Naturale est quod à natiuitate trahitur, sicut naturâ sumus filij iræ. Hinc sequitur, falsum esse, quod aduersarius fingit hominem in puris naturalibus sine corruptione, & culpâ. Hāc enim omnes maxime à natiuitate trahimus, &c. concedit hoc modo naturalem esse homini rectitudinem originalem Bellarminus, negat tamē hanc significationem huc pertinere. Quid ita? Quia hoc naturale non opponitur supernaturali. Falleris* (inquit aduersarius) *naturalis corruptio nonne opponitur supernaturali regenerationi?*

Resp. Quæ obsecro connexio esse

potest

potest nascimur filii iræ, ergo nō potest homo creari in puris naturalibus, sine corruptione & culpâ? Nam sumus natura filii iræ qui in Adamo peccauimus, absq; eo foret, naturalis nobis esset, sine reatu, & ignorantia, & bene agendi difficultas. *Neminem natura sua cogit, vt peccet, peccatum non imputatur nisi voluntati.* August. lib. 3. de libero arb. c. 17. vbi ergo nullum est vllius malæ voluntatis meritum, non potest esse peccatū, nec pœna peccati. *Sic etiam & nunc* (inquit idē eodē lib. ca. vigesimo secūdo) *Si ignorantia veri, & difficultas recti naturalis est homini, vnde incipiat in sapientiæ quietisq; beatitudinem surgere, nullus hanc ex initio naturali recte arguit.* Et *Non propterea malam creauit, quia nondum tanta est, quanta vt proficiendo esse posset, accepit.* Mens ergo August. est, & nos nasci filios iræ, & posse aliquos cum ignorantia, & difficultate bene agendi creari, non tamen illos recte argui posse.

Ignorantia & difficultas esse possunt sine peccato

Ad secundum responsio facilis. Negat Bellar. illam definitionem naturalis

lis esse bonam, qua dicitur esse id quod habetur à natiuitate, nam conuenit supernaturali interdum, quod etiã dari potest à natiuitate: non ergo illo discrimine naturale, & supernaturale discernuntur, vt neque homo recte definitur animal bipes, quia id illi cum coruo commune est. *At naturalis corruptio opponitur supernaturali regenerationi.* Ita sane: hinc sequitur aliquod naturale malum, opponi alicui naturali bono. Quis hoc negarit? peccato naturali opponitur iustitia naturalis. Verum Bellarmin. negat vniuersè verum esse, id quod habetur à natiuitate esse naturale, & opponi ei quod est supra naturam, nam etiam supernaturalia ab ortu inesse possunt: non est ergo definitio *naturalis*, quia conuenit & supernaturali.

Secundi generis *naturale* est, naturæ consentaneum quodq; eam ornat ac perficit. Hoc etiam huc non pertinet: supernaturale enim multo magis etiam ornat ac perficit.

Nõ omne naturale, quod naturam perficit.

Cauillum aduersarii. *Causa illa*

vera

vera non est: Naturalis enim notitia legis opponitur supernaturali reuelationi legis, in tabulis, vel cordibus scriptæ.

Resp. 1. Nec ad rem facit, & falsum assumit. Ad rem non facit; Quia quæritur? an ornare naturam ita conueniat naturali, vt illud distinguat à supernaturali, cum enim sit loco differentiæ in definitione, oportet vt conueniat omni naturali, & nulli supernaturali: hoc negat Bellarminus: Aduersarius dicit aliquod naturale opponi alicui supernaturali, quod nihil ad rem. Puerili exemplo hominis ruditatem instruam. Calor non recte definitur qualitas tactilis, quia esse qualitatem tactilem non opponitur frigori, cui calor opponitur, etsi aliqua qualitas tactilis frigori sit contraria. Hoc ergo naturale opponitur non supernaturali, sed ei quod est præter naturam.

2. Acerrime argumentator ille secum confligit, cum ait: *Naturalem notitiam legis, & supernaturalem reuelationem esse contraria.* Nam pagin. 56. ita disputat: *Si propensiones animales, & corporales*

turales essent contrariæ, se mutuò pellerent; at non pellunt, ergo.

At neq; notitia naturalis legis, & reuelatio supernaturalis se mutuo pellunt, sed iuuant, & conspirant amice. Non occidendum, non furandum, nō blasphemandum, naturali notitia scimus, & reuelatione legis, nō tollit gratia naturam, nec ornamenta naturæ: furor ergo est dicere. Naturalē rei notitiā, & supernaturalem esse contraria. Se euertit aduersarius.

Naturale tertio dicitur. Quod naturam iuuat ac perficit.

Cauillum. 1. *Quid hoc diuersi à priore? 2. Sed & hoc sensu concedit iustitiam originalem rectè dici naturalem. Hoc igitur sensu concedit propositionem suam falsam: assertionem nostram veram esse. Reum bis confitentem habemus. 3. Limitatio quam addit, secum non consistit: quod iuuet, ac perficiat naturam tantum in operibus naturalibus: non eleuet ad opera supernaturalia. Si enim iustitia originalis fuit gratia gratum faciens, & supernaturalis, (quod dixit c. 3.) quomodo naturam non eleuauit ad supernaturalia?*

Respo. Cauillum hoc continet triplicem fraudem.

Fraus aduersarii.

1. Vt probat: non differre hunc modum naturalis à secundo verba quædam omittit, deinde coniungẽda disiungit. Omittit: *donum gratuitum*, id est, non à principiis naturæ profectũ, disiungit, *esse tale donum quod perficiat in naturalibus, non eleuat ad supernaturalia*. Diuersum est ergo à *naturali secundi modi*. Nam illud est consentaneũ naturæ: vel enim fluit ex principijs naturalibus & perficit in naturalibus; vel non fluit ex principijs naturalibus, & perficit in supernaturalibus. Exempla: scientiæ Mathematicæ, & fides. At tertium hoc donum à priore differt quod nõ sit à principijs naturæ; ab altero quod non perficiat in supernaturalibus.

Altera fraus Non concedit Bellar iustitiã originalẽ hoc modo naturalem Sed conditionate loquitur; verba eius: *Et hoc modo iustitia originalis, si distincta esse intelligatur à gratia gratum faciente, donum naturale dici potest. Vt loquitur Andreas Vega Libro secundo in Concil.*

Concil. Trid. cap. 11. Quod ergo conditionate Bellarminus dedit, absolute fraus inimici accepit, vt gloriari posset; *Reum bis confitentem habemus*. Quis hic Candor? *Tertia* iam reipsa concidit, non enim ait Bellarminus: *Iustitiã originalem non eleuare ad supernaturalia.* Sed quid in aliorum sententia sit dicendum ostendit, eius mens satis demonstrata est c. 3.

Quarto *naturale* vocatur quod aut est pars naturæ, aut fluit à principiis naturæ: vt anima, corpus, horum facultates, & earũ operationes. De hoc naturali lis est. Lis inquam inter Lutheranos, & Caluinistas, lis etiam mentem inter & linguam aduersarii.

Gloriatur primo, *posse defendi, hoc modo iustitiam Originalem esse naturalẽ.* Cedit iure suo, & negat *se velle tueri Lutheri sententiam*, Bellarminum insuper criminatur: *Vnde apparet* (inquit pag. 60.) *nõ de 4. sed de 1. & 3 modo Bellar. quæst. esse: statũ igitur quæst. peruertit aduers. 3. Probare conatur sententiã Lutheri.*

Resp. Merito canat Bellarmin.

Ite triumphales circum mea tempora Lauri.

Tandem aduersarius nobiscum sentit.

Incidit in casses præda petita meos. Verum non est, ille Scaliger qui insultet victo, sed saluum cupiat. Quid autem superest, nisi vt dextras demus? *Primo & secundo modo* Bellarminus *iustitiam originalem docet esse naturalem*, in hoc erat consensus. Tertium modum, quem aduersarius cum secundo confudit, Bellarminus pro suo non agnoscit. De 4. Bellarminus cum Luthero disputat, & acrioribus Caluinistis, qui etiam illo modo naturalem volunt. Verum hic aduersarius negat *de hoc esse quæstionem, eius statum à Bellarmino peruerti*, pag. 60. & pag. 62. *In nostræ sententiæ declaratione omnia ambigua, falsa. 1. Quod dicamus rectitudinem Adamo fuisse naturalem modo vltimo: falsum hoc. Dicimus fuisse naturalem modo primo, & tertio Bellarmini, secundo autem nostro.* Quid igitur contendimus? Iniuria est illa quidem grauis, cum Bellarminum ait *statum quæstionis peruertere. Non enim quæstionem esse de quarto modo.* Cum ipse

ipse tamen culpam agnoscit suam (pag. 59.) Cum fatetur *eam fuisse sententiam Lutheri* quam Bellarminus impugnat. Verba Lutheri: *Hæc tam naturalia fuere in Adamo, quam naturale est, quod oculi lumen recipiunt*: & aduersarius, pag. 59. *Possemus quidem tueri etiam hoc significato iustitiam originis, &c. vt supra habuit allegatum Lutheri.* Contra Lutherum ergo cum disputat Bellarminus, statum quæstionis non peruertit. Verum iniuriam remittimus, Conuersione inimici, aut saltem à suis discessu læti. Nunc rationes eius quas pro Luthero Parthorum more fugiens relinquit, excutiamus.

Ratio 1. pag. 59. *Ex mente illuminata notitiæ illustres de Deo, & rebus diuinis: Ex voluntate & corde iusto, sancto non minus naturaliter, quam ex oculo visio, operationes iustæ, sanctæ scaturiebant: ergo.* Aduersarius defendit Lutherum, à quo dissentit.

Respo. Negari à nobis propositionem illam: merito: nam (pag. 62.) negat ipse se hoc dicere: 1. *Quod dicamus, rectitudinem Adamo fuisse naturalem modo vltimo: falsum hoc.* Mentiri non

Negat se dicere, quod dicit.

est senis, oblitus est ergo pag. 62. dixisse, quod dixerat pag. 60. Aut sententiã mutauit, nobis ergo succensere nõ debet, qui quod ipse, non probat, negamus. Nam neq; ex mente illuminatã naturaliter illę actiones sequuntur, nec ipsa illuminatio est naturalis, hoc est ex naturæ principiis fluens. Nam alias actiones quæ sunt hominis regeniti naturales essent, nam & illæ suo modo oriuntur ex donis supernaturalibus naturaliter. Sic Dei visio, sic liberi arbitrii in bono stabilitas, sic omnes actus fidei, fideli naturales essent. Quod si Adamo eo modo naturales dicit illas actiones vt nobis sunt actus fidei, spei, caritatis, ponantur arma, pax esto.

Ratio 2. (pag. 60.) Vnde *Naturam & naturalia hominis æstimabimus? nisi ex prima creatione naturæ, an à Mose ad Aristotelem nos vocabit aduersarius, qui creationem naturæ ignorat?*

Resp. à Mose ad Aristotelem? Et vbi per omnia sacra obtestor, ille tradidit, Iustitiam Originalem Adamum 1. & 3. modo Bellarmini, 2. autem senis

Verum hoc ipsum vires naturæ brutæ superat, obiecto, cæterisque positis, non concupiscere nisi ad rationis nutum. Illud ergo *non concupiscere*, aut *non sic concupiscere*, non fuit naturale potentiæ. Non fluebat ex eius principiis naturalibus. Nec vero bruta natura distinguit, inter id quod licitum, & illicitum. Vt ergo ita contineatur, vt ne quidem appetat illicitum, id supra naturam est.

Ad 2, Ἀταξίαν *non esse ex parte inferiore*, falsum. Etsi enim illa bruta sit, ideoque non peccet. Bruta tamen appetendo delectabile, sine discrimine turpis, & honesti, ἀταξίαν habet, cui nisi mens obstet, peccatum parit. Cum autem naturæ inferioris propensio esse possit in id, quod à superiore vetandum est, constat hinc ἀταξίαν oriri posse.

Suam doctrinam euertit aduersarius.

Recte docet *externis membris absque mente non peccari, ideo inferiorem partem absque mente non peccare.* Non recte, inde non posse initium ἀταξίας existere, nã peccati occasio esse potest id, quod non est peccatum. Rectissime vero illud;

Iud: *Non peccari absque mente.* Vt hinc discamus ipsas potentias, ignorantias, difficultates, motus rationem præuertentes, veri nominis peccata non esse absque mente. Quique id affirmat aduersarius, contra mentem loqui.

Ad 3. Calumnia est, *nos in solam inferiorem partem deblaterare.* Nam nec eam, nec ex ea sola, nec in ea peccatum agnoscimus, verum voluntati imputamus, vt dominæ, vt gubernatrici. Tu vero, ò patrone voluntatis, libertatem tollendo, ex potentiis peccata faciendo, omnino à culpa liberas, nec modo inducias concedis, verum pacem offers, quia non *imputatur, quicquid egerit*, & cum pace desperationem, quia cæteræ concupiscentiæ continuo, ipsa etiam inuita peccant. Imo hoc ipsum quod destinat, nolle peccare, & quo resistit peccantibus, in se, est peccatum mortale.

Ad 4. argumentum eius est: *Nihil quod naturæ integritatem destruit, est naturale. Rebellio destruit. Ergo.* Resp. *Maior falsa.* Naturales sunt pugnæ elemen-

vt absque Dei gratia intelligatur, quod ad Deum proprie pertinere censetur. Hoc lectum in Augustino, Augustini esse putauit aduersarius, nescius validissime idem ab Augustino oppugnari, ideoq; dictum vt oppugnaretur. Non ergo illa Pelagianam gratiam Augustinus intelligit, quæ est gratia creationis, sic enim homo, atque adeo liberum arbitrium est gratia. Sed aliam gratiam excellentiorem, quæ donum est liberi arbitrii, ab eo non profluens; sed supra naturam ei inditum.

Auctoritas 7. S. Anshelmi libro de conc. virgin. & peccato orig. cap. 22. *Dicitur Adamus in tanta gratiæ celsitudine positus, bona, &c. deseruisse.* Obiicit aduersarius. *Bona naturæ integræ propria deseruit, ergo naturalia.*

Resp. Anshelmus nomine gratiæ intelligit dona gratiæ supernaturalis, ita enim eius consuetudo loquendi, & præsens locus exigit. Bona autem naturæ non sunt omnia naturalia, vt aduersarius argumentatur. Multa sunt bona, id est, cōuenientia naturæ, sed tamen

men supra naturam, vt visio Dei, amor, gaudium.

Auctoritas 8. S. Bernardi serm. de annunciatione. *Adamum retinuisse imaginem Dei, non similitudinem, id est, ornamenta virtutum. Quia illa (imago) non erat assuta, sed insita, atque impressa naturæ. Cætera assuta erant, non insita, atque impressa naturæ: Non ergo naturalia.*

Obiectio. pag. 75. *Bernardus palam facit pro nobis, dicens: Imaginem Dei non fuisse assutam, sed insitam, atque ipsi impressam naturæ. Naturalem igitur fuisse intelligit, suo igitur gladio aduersarius iugulatur.*

Resp. Bernardo imaginem esse naturam, intelligendi & volendi potentias, vtique naturales, quas ideo dicit insitas. Ab his ornamenta potentiarum distincta docet, & assuta. Verba eius adeo clara sunt, vt vel os impudentiæ obstruant. *An forte quæris, & tunicam inconsutilem quæ sorte prouenit? Ego diuinam arbitror esse imaginem, quæ nimirum non assuta, sed insita, atq; ipsi impressa naturæ, diuidi, scindiq; non potest. Ad imaginem*

S. Bernardus mendaciter citatus ab aduersario.

ginem & similitudinẽ Dei factus est homo, in imagine arbitrij libertatem, virtutes habens in similitudine, & similitudo quidem perijt, veruntamen in imagine pertransit homo, imago siquidem in gehenna vri poterit, non exuri.

Auctoritatibus rationes quinque subdit Bellarminus earum illustrationem, & solutionem profitetur aduersarius. Verum eas formando deformat & soluendo stringit. Nos eius formam amplectemur, non quia Bellarminianâ sit melior, sed vt cõspectior sit illius, suisse verbis implicantis, puerilitas.

Ratio 1. pag. 76. *Per quod primi parẽtes naturali pugna carnis, & spiritus caruerũt, id fuit supernaturale donum. Per rectitudinem originalẽ caruerunt naturali illa pugna. Ea ergo fuit supernaturale bonũ. Maior* (inquit) *falsa est. Quia præstantia naturali animæ, corporis cohiberi appetitus potuisset: 2. Quia corp⁹ ab anima sancta regebatur, ideo rebellio nulla.* Addit ἀταξίαν *non oriri ex parte inferiore, quæ bruta est, sed ex superiore in eam defluere. Adeo vt ne peccasse quidem externis membris putetur.*

si

si quid contra legem absq; mente fecerit. 3. Sophistas in solam inferiorẽ partem deblaterare libero arb. inducias parare. 4. Negat minorem. Non n. rebellio erat naturalis, nã naturam destruit, & Deus auctor esset peccati. 5. Bellarminum tantum probare appetitiones illarum partium diuersas esse, non contrarias:

1 Resp. Naturali præstantiâ animæ propensiones partis inferioris cohibitas nõ fuisse. Nam ad perfectã sapientiam, iustitiã, sanctitatem, quib. cohibitas ipse vult, requiritur fides, spes, caritas, quæ in illo fuerunt, sed naturaliter esse non potuerũt, vt supra probatum est, opus ergo bono supernaturali. 2. Sapientia naturalis & iustitia, hoc solum possunt ne voluntas carni succũbat, ne consentiat, non vt caro non concupiscat, nam tam caro est suæ naturæ, quàm spiritus suæ. Cum vero in illa pace primi status, caro non concupisceret, id illi naturale esse non potuit, non magis quam corpori graui nõ ferri deorsum, non calere in flammâ. At dicet: *Concupisceret, sed non contra rationem;*

Naturale donũ nõ coercet affectus, vt nõ moueãtur

Verum hoc ipsum vires naturæ brutæ superat, obiecto, cæterisque positis, non concupiscere nisi ad rationis nutum. Illud ergo *non concupiscere*, aut *non sic concupiscere*, non fuit naturale potentiæ. Non fluebat ex eius principiis naturalibus. Nec vero bruta natura distinguit, inter id quod licitum, & illicitum. Vt ergo ita contineatur, vt ne quidem appetat illicitum, id supra naturam est.

Ad 2. Ἀταξίαν *non esse ex parte inferiore*, falsum. Etsi enim illa bruta sit, ideoque non peccet. Bruta tamen appetendo delectabile, sine discrimine turpis, & honesti, ἀταξίαν habet, cui nisi mens obstet, peccatum parit. Cum autem naturæ inferioris propensio esse possit in id, quod à superiore vetandum est, constat hinc ἀταξίαν oriri posse.

Suam doctrinam euertit aduersarius.

Recte docet *externis membris absque mente non peccari, ideo inferiorem partem absque mente non peccare.* Non recte, inde non posse initium ἀταξίας existere, nã peccati occasio esse potest id, quod non est peccatum. Rectissime vero illud;

Iud: *Non peccari absque mente.* Vt hinc discamus ipsas potentias, ignorantias, difficultates, motus rationem præuertentes, veri nominis peccata non esse absque mente. Quique id affirmat aduersarius, contra mentem loqui.

Ad 3. Calumnia est, *nos in solam inferiorem partem deblaterare.* Nam nec eam, nec ex ea sola, nec in ea peccatum agnoscimus, verum voluntati imputamus, vt dominæ, vt gubernatrici. Tu vero, ò patrone voluntatis, libertatem tollendo, ex potentiis peccata faciendo, omnino à culpa liberas, nec modo inducias concedis, verum pacem offers, quia non *imputatur, quicquid egerit,* & cum pace desperationem, quia cæteræ concupiscentiæ continuo, ipsâ etiam inuita peccant. Imo hoc ipsum quod destinat, nolle peccare, & quo resistit peccantibus, in se, est peccatum mortale.

Ad 4. argumentum eius est: *Nihil quod naturæ integritatem destruit, est naturale. Rebellio destruit. Ergo.* Resp. *Maior falsa.* Naturales sunt pugnæ elemen-

torum mistis, & tamen destruunt. Omnibus corruptioni obnoxiis animalibus mors est naturalis. Deniq; rebellio illa naturalis nō destruit naturę integritatem naturalem, sed supernaturalem.

Ad 5. *Contrarias* affectiones probarat Bellarminus: *quia inferior natura in omne delectabile propendet, etiā in id quod est contra rectam rationem, id est potentiam habet, & id appetit, factura, nisi maius bonum obsistat.*

Ratio secūda. *Si corruptio naturæ, quæ nunc est, nō est ex sola doni naturalis remotione, neque fuisset in homine in puris naturalibus condito: Tum causa corruptionis vel erit Deus, vel pomum vetitum, vel afflatus serpentis, vel nulla alia. At Deus corruptionis causa non est: nec alia, &c. Itaque causa est materiæ conditio, demeritoria culpa Adami, & diuina iustitia remouens illud donum.*

Obiectio 1. *Ratio non concludit rectitudinem originalem esse supernaturalē, sed corruptionem naturæ tantum esse amissionem originalis rectitudinis.* 2. *Maior falsa. Quia corruptionis causa euidens dari potest.*

potest: 3. Minor falsa. Quia Bellar. dat aliā; conditionē materiæ. Deinde est satanæ malitia 3. Liberum arb. Quia posita priuatione in subiecto habili, ponitur habitus contrarij. 4. Diuina iustitia, si enim Deus ipse ab homine donum supernaturale remouit: si hominem eo dono spoliauit: quomodo non erit corruptionis auctor? agnoscimus tamē recte dictū. 5. Materiæ nulla datur actio in scholis, sed tantū passio: nec materiæ conditio in homine magis, quam in bruto peccati causa existere potuit. pagin. septuagesima nona, & octuagesima.

Respon. ad primum: argumentum Bellarmini sic proponitur. *Si corruptio quæ nunc est in natura humana, non est consecuta ex sola remotione doni supernaturalis, neque fuisset in homine in puris naturalibus condito: quæro causam, &c. at alia dari non potest quam materiæ conditio, remoto dono supernaturali. Ergo in homine fuit donum supernaturale, cuius remotionem consecuta est corruptio.* Itaq; retunditur prima calumnia.

Causam efficientem corruptionis dare nequit aduersarius.

Ad 2. 3. 4. *Causæ illæ, vt satanæ malitia, liberum arbitrium, Dei iustitia, aut Ma-*

nichæa

nichææ sunt, aut ad rem non faciunt. Nam sathanæ malitia suadendo tantum nocere potest, vt homo agat, non producere positiuam illam qualitatem, quæ aduersario peccatum est, nam sic cum Manichæis malum principium statueretur.

2. Nec liberum arbitrium. Nam etsi liberum arbitrium sit meritoria causa mali, non tamen est efficiens tot deprauationum. Ridiculum est, liberum Adami arbitrium, nunc causam efficientem, & reuera influentem hos effectus edere, omnis autem effectus positiuus, causam habet realem positiuam. Nec paruulorum liberum arbitrium ea producit, cum fructus illi appareant ante, quàm sese libertas exerat.

3. Nec diuina iustitia hæc facit inferendo malitiam, sed non impertiendo gratiam. Verum aduersarius, qui toties contra disputauit, nunc Deum fatetur eius corruptionis auctorem, consentanee Caluinistis.

Ad 5. Non ait Bellarminus: *culpam*

esse

esse in conditione materiæ, sed *causam culpæ* ex ea duci. Materia causa est, & causat, vt scholæ loquuntur. Materiæ hoc est, corporis symmetria & organis suis concinnati & viui actio est. Ea actio cum circa obiectum prauum versatur, & voluntatem trahit, eius consortio peccatum efficitur. Quod in brutis fieri non potest, quia non potest esse peruersitas eligendi affectibus corporis irritata. Bellarmi. verbis insidiatur.

Ratio tertia. *Qualem effectum omnia alia peccata nunc producunt, talem, & non alium effectum videtur etiam peccatum actuale Adami producere potuisse. At peccatis alijs actualibus tantum amittitur bonum supernaturale gratiæ: acquiritur propensio ad idem peccatum committendum: minuitur propensio ad virtutem peccato illi contrariam: sed non corrumpitur principium, aut donum aliquod naturale; nec acquiritur propensio ad omnia vitia: nec amittitur inclinatio ad omnes virtutes, ergo nec per peccatum Adami.*

Obiicit. 1. *Non probari institutum.* 2. *Maiorem falsam: Quia illud vniuersale*

fuit hominum, & vitiorum ratione, idē inuexisse ad omnia vitia propēsionē. 3. Minorem falsam: quia peccatis renatorum dona supernaturalia non tolluntur, etsi minuantur, &c. 4. Etiam Catholicos docere adulterijs & fornicationib. non amitti fidē. 5. Iteratione peccati habitualem prauitatem nasci. 6. Etiam vitia abire in naturā. 7. Deniq; vt omnia vera sint, consequentiā tamē esse falsam. Nam innocentia illa erat naturalis, gratia nostra est supernaturalis. Tota igitur hæc ratio vana, nulla.

Detecta calumnia aduersarii.

Resp. Horū pleraq; falsa, quędā ambigua, omnia causam aduersarii lædentia. Nam 1. institutum accurate Bellar. probat. Si n. non corrūpitur principiū, aut donum aliquod naturale, ergo corrumpuntur tantum supernaturalia: Ergo fuerunt dona supernaturalia. Satis erat ostendi non corrumpi naturalia. Primum ergo perspicue falsum.

Ad 2. Pronunciatum aduersarii duplicem potest habere sensum. Prior est. *Peccatum protoplasti in genere meriti, seu vt causam moralē, vniuersale fuisse ratione omniū vitiorum, quia eo ablata est iustitia quæ omnibus vitijs obstabat, meruitq; ho-*

mo, vt cœlesti dono spoliaretur, ingrueretq́ appetitionum intemperies varia. Hoc sensu verum est. Alter sensus omnino falsus & ἀθεόλογος est. *scilicet. hoc peccatum esse causam veram effectricem omnium à virtute auersionum & ad vitia omnia propensionum.* Nam peccatum illud producere hęc vera efficientia non potest. Imo iam desiit, etsi ergo moraliter operatur, efficiens tamen vera causa, quã nos inquirimus esse non potest. Pueriliter igitur causarum rationem confũdit: aliud est meritum pœnæ, aliud inflictio pœnæ.

Fraus aduersarii.

Ad 3. Extremum hoc est confidentiæ fastigium. Nullo peccato renatorum fidem, iustitiam, &c. perdi. Si omnia quæ Achabus, quæ Manasses, quæ cæteri singuli fecêre, in se vnus suscipiat aduersarius, fidem non perdet, non iustitiam. At Iustitia illa latronũ, Temperantia ebriosorũ, Castitas meretricum, est. 2 ἀσύστατα sunt illa, labefactari, minui, conturbari, non euanescere. Nam si pars fidei, & iustitiæ potest auferri, cur non cæteræ partes,

Atheismus aduersarii.

partes, nam fides aduersarii tota eiusdem est naturæ, vel ad perpetuitatem, vel interitum; Saltem pars fidei cuius obolitione contingit imminutio, delebilis est, an ergo eius doni pars, *non est sine pœnitentia?* contendunt enim, quicquid datur à Deo, & aufertur, sine pœnitentia non esse datum.

Ad 4. Catholici peccatis concedunt non perire fidem, sola infidelitate excepta, qua succedente omnem interire fidem; vt omni peccato mortali iustitiam, ex scripturis, & Ecclesiæ consensu tradunt. Aduersarius in ambiguo ludit; Quasi ex fide Catholica, suam illam fiduciationem, iustitiæ per omnia scelera, retinentem, tueri sine impudentia posset.

Ad 5. & 6. Vitia in habitum obfirmari, hunc quasi in naturam transire, non quia habitus prauus mutetur in naturam, quæ bona est, sed quia peccandi assiduitas legem quodammodo peccandi facit, vt naturalium instar affectionum tenacissime hæreat peccandi consuetudo, vt non minus difficul-

ter

ter pene, quam ipſe naturales propenſiones auellatur) docet Bellarminus, & experientia: Verum prauitatum habitualium effectricem cauſam, non primi hominis culpam, ſed actiones prauas agnoſcit. Quid enim ſtultius, quam cauſam luxuriæ Sardanapalicæ, crudelitatis Neronianæ, confidentiæ Caluiniſticæ, referre in primum peccatum, non modo vt fontem, originem, ſed vt vere, & phyſice influxu ſuo operans, atque efficiens?

Ad 7. Conſequentiam negari imperite. Cum integer ſit ſyllogiſmus. Non aliud donum amittitur Adami peccato, quam reliquorum hominum, at reliquorum amittuntur tantum ſupernaturalia, ergo & Adami. Quanquam hoc ad priuilegia Caluiniſtica pertinet, quo caruit Adamus; ille vno peccato fidem, iuſtitiam, dona omnia perdidit, hi ſi tot ſcelera perpetrẽt, quot folia paradiſus habuit, iuſtitiam perdere non poſſunt. Tantum in Deum iuris, tantum in ſe immutabilitatis habere iactant.

Mortuus suscitari potest sine iustitia originali.

Ratio 4. *Si natura humana, qualis nunc est, remota culpa, mala est, & necessario labitur in peccata, & ideo non potuit a Deo creari, vt aduersarii volunt, sine iustitiâ originali: Certe sequitur, non posse hominem mortuum, à Deo reuocari ad vitam nisi præditum originali iustitia. At multi excitati sunt absq; illa: Ergo. Nam Lazarum & similes verisimile est à peccato originali mundatos.* Imo vero certum. Nam Lazarum amabat Dominus, etiam mortuum: morte autem liberabatur à peccato omni: & tamen eum Dominus restituit corpori mortali, doloribus, affectibus obnoxio. *Natura ergo illa ex se iam mala non erat. Nam perinde est an generetur, an vero miraculo nouo reparetur natura illa, quæ peccato abstinere non possit. Potuit ergo initio animas nec iustas, nec iniustas tali corpore coniungere.*

Obiicit 1. *Rursus extra oleas vagatur ratio. Debet concludere: Iustitiam originalem homini integro fuisse supernaturalem. Concludit Naturam humanā, qualis nunc est, remota culpa non esse malam.* 2. Negat conse-

consequentiam maioris. *Potuit Deus suscitare mortuos, quales voluit. Si enim creauit, quos, quales voluit: quidni suscitauit, quos, quales voluit? Quod Aduersarius supponit, Deũ ad eundem modum creationis & suscitationis teneri, temerarium est. Non dicimus, naturam in puris naturalibus necessario, vel contingenter labi in peccatum, nisi phantastice. Nec dicimus, naturam non potuisse à Deo sine iustitia originali creari. Nos enim terminum diuinæ potentiæ ponemus: sed hominem integrũ non potuisse sine integritate creare.* Itaq; concedit Deum potuisse animas iustas corpori mortali, animali, concupiscẽtiæ, & ignorantiæ obnoxio coniungere: Negat tamen animas esse posse nec iustas, nec iniustas: *hoc nouis Metaphysicis Theo. deprauatoribꝰ relinquẽdũ.* pa. 83. 84.

Resp. ad 1. Adeo manifeste sequitur ex illa ratiocinatione, vt Bellarminus conclusionẽ non expresserit, quã non videre, grauis est cœcitatis, aut dissimulare, fraudis. Nã si homo creari potest absq; culpâ, qualis nunc est, nec malus est, ergo eo statu, difficultas, &

ignorantia illi eſt naturalis. Nam à natura eſſet, non à peccato. Ergo eorum remotio per iuſtitiam ſupernaturalis.

2. Argumentum Bellarmini præcipue illi pronunciato: *Non poſſe hominem creari ſine integritate*, opponitur. Itaq; non *extra oleas vagatur, ſed oleaſtros* aduerſariorum radicitus euellit.

Aduerſarius ſua decreta refigere incipit.

Ad 2 *Deus ad eundem creationis, & reſuſcitationis modum non tenetur*. Varie enim varia creare poteſt, & reſuſcitare. Verum tam in creatione, quam reſuſcitatione, æterna ſua lege obſtringitur, ne ſit auctor peccati. Etſi igitur infinita potentia, infinitâ varietate creaturas ſuas poteſt producere, nullo tamẽ modo infinita bonitas ijſdem poteſt inſerere malitiam.

Quod ait, *Non dicere ſe, naturam non potuiſſe ſine iuſtitia originali creari*, refellit quæ cap. 2. & 3. docuit. *Nam homo à Deo creatus ſine iuſtitia originali, eſſet homo integer nõ integer*, vt ſupra docuit. At talis non poteſt creari à Deo. 2. Homo ille ſine culpa eſſet, non enim ipſe cauſa erat, vt crearetur ſine iuſtitia: eſſet ergo

ergo, nec iuſtus, nec iniuſtus. 3. *Si homo ſine iuſtitia originali crearetur*, pugna *duarum propenſionum eſſet illis naturalis*, *qua opinione Deus cauſa peccati palam argueretur.* At nihil creare poteſt, quo palam arguatur cauſa peccati. Non igitur eam naturam creare poteſt. pagina 56. & 62.

Omnia ergo argumenta de auctore peccati hac conceſſione concidunt. Etſi enim terminum diuinæ potentiæ ponere nec poſſumus, nec debemus. Conſtat tamen nihil Deum condere poſſe, ſuæ bonitati aduerſum.

Ratio 5. pag. 84. *Primi parentes euecti fuêre ad eam dignitatem vt eſſent filij Dei, & dij quidam, at profecto eſt abſurdiſſimum, rem creatam, qualis eſt homo, Deum, vel filium Dei naturaliter facere: quia ſolus Chriſtus filius Dei naturalis*. Auguſtin. lib. 3. aduerſ. Maximin. cap. 15. *Ideo homo fit gratia filius, quia non eſt naturâ.* & Cyrill. lib. 1 in Ioan. cap. 18. *Alia naturæ ratio, alia adoptionis, & alia veri filij, alia adoptati.*

Obijcit. *Primi parentes naturaliter*

non erant filii, nec adoptione, sed creatione. Etsi autem à natiuitate fuerint, non tamen naturaliter, filii, quia hoc est esse filium substantia. At naturaliter fuisse iustos, sanctos, dicere nihil prohibet: quia Iustitiam, sanctitatem originalem, ex creatione quasi ex natiuitate traxerunt. pag. 85.

Resp. 1. Iterum ludit in ambiguo, *naturaliter* enim Iusti sunt, si hoc aliud non est, quam iustos esse *à natiuitate.* 2. Quicquid est ex creatione, naturale est, (ratio ea iam vicies repetita ab aduersario est) adoptio est ex creatione: Naturalis igitur. At cui est adoptio naturalis, ille naturaliter est adoptatus, quod nec Aduersarius dicere audebit, cum adoptio sint gratiæ externæ, non naturæ. 3. Quamuis à *natiuitate filii,* non tamen *naturaliter filii,* vt ipse concedit, Cur igitur non dicat & Bellarminus? Quamuis à *natiuitate iusti,* non tamen *naturaliter iusti?* Cur extorquere vult à nobis, vt demus, quod ipse negat? Denique perfecta υἱοθεσία includit

cludit ius ad omnem hæreditatem, aditionemque hæreditatis, at ius illud nemo *naturaliter* habere poteſt, non ergo eſt adoptio naturalis.

At, *Filii Dei* (*inquit*) *fuerunt ante lapſum ſicut Angeli: non naturâ, ſicut Chriſtus: nec adoptionis gratia, ſicut nos, ſed creationis.* Ergo creatio illis contulit quod nobis adoptio. Ergo vt nos adoptati hæredes, ita illi creati. Nam & adoptio eſt gratuita electio in filium (in com. cap. 8. 16. Rom.) ita creatio gratuita factio in filium. Quod ſi filii, etiam hæredes. At non omnes Angeli hæredes, non ergo filii ſecundum Caluiniſtas. Nam filiatio includit electionem ad hæreditatem. Tam enim creatus, quam adoptatus filius eſt hæres. An ergo Angeli qui exciderunt, non ſunt creati filii? an dicendum hominem creatum filium, vt Angeli boni? Si non creati filii ergo hoſtes, nam ſecundum aduerſarium, *tertia natura nulla.* Non ergo eis deſtinata hæreditas. Non ergo creati ſancti. Nam

Angelorū aliqui mali creati ex ratione aduerſarii.

 ſanctus,

sanctus, Dei hostis non est, & hostis Dei sanctus esse non potest. Natura ergo aliqua facta à Deo non sancta ex principiis Caluinisticis, imo natura mala, quia inimica Deo. Nam angelos reprobos Deus odit. 1. *Quia illis non voluit bene.* 2. *Quia illis etiam voluit malè, hoc enim omnibus reprobis est commune*. Zanchius de natura Dei, lib. 4. cap. 7. quæst. 2. si odit, antequam crearet (vt habet eadem thesis) & in ipsa creatione, erant igitur mali, aut sane medij sine malitiâ, & bonitate, quod tamen ad odium non sufficit. Nam si iusti creati sunt, odisse non potuit, ita enim ipse aduersarius argumentatur, cap. 3. pag. 37. *Homo creatus rectus, iustus, sapiens, ad imaginem & similitudinem Dei, sine concupiscentia, & rebellione membrorum, non potuit non esse gratus, non acceptus Deo; quod fuit habere gratiam gratum facientem:* si hoc verum: ergo talis Angelus non potuit non esse gratus, non acceptus, odit vero eum Angelum Deus: non ergo talis factus est Angelus: Aut si factus, à creatione fuit malus. Nam

vt

vt idem Zach. cum Augustino docet. *Deo nihil est in odio, nisi malum, hoc est, nihil est ei inuisum, odiosum, execrabile nisi malum.* Angelus ille fuit in odio, malus igitur: non malus à se, quia nondum mali quicquid fecerat, malus ergo ab auctore Deo, qui eum creauit. Aut ergo atrocem suorum magistrorum, & collegarum blasphemiam, de odio Dei, aut pestilentiosum suum contra Bellarminum, laborem damnet, necesse est.

CAPVT VII.

Tredecim obiectiones contra quartam propositionem propositas, dissoluit Bellarminus, earum sex, scilicet 1 2. 3. 5. 6. 13. tueri conatur Aduersarius.

OBiectio prima. *Si iustitia originalis fuisset supernaturalis, concupiscentia carnis futura fuisset naturalis. At hoc non: quia sic fuisset à Deo, quod scriptura negat: Concupiscentia non est à Patre. 1 Ioan. 2. 16. & Roman. 7. 15. Paulus dicit se eam odisse. Augustinus etiam passim eam probat esse*

malam. l. 6. contra Iul. c. 5. Ita ratio ab aduersario formata, pag. 86.

Concupiscentia vt naturalis.

Resp. *Fuisset naturalis non vt naturæ bonum, sed vt defectus, & morbus ex conditione materiæ consequens.* Verum vrget aduersarius. *Sed hoc falsum. Si enim rerum brutarum natura à creatore sine defectu, & morbo fuit condita: quis credet, solam hominis naturam, brutis omnib. præstantiorem, cum defectu morbidam brutis omnibus infeliciorem futuram fuisse? fuisset igitur rebellio, & concupiscentia vt peccatum: quia rebellio, & concupiscentia sunt peccatum, contra præceptum: Non concupisces, sic Deus auctor naturæ, auctor peccati, at hoc falsum, ergo & illud, stat igitur argumentum.*

An creatura sine defectu.

Resp. 1. Negandam priorem consequentiam. Non enim eadē rationalis naturæ conditio, & brutæ; hæc corruptibilis, bono corruptibili paratur, illa æterno, sed externis egens adiutoriis, infirma respectu sui finis, melior tamen brutis. 2. Imo vero nulli bruto, sui us deest naturalis defectus, nullam bestiam De⁹ esse voluit sine pari: nam ipsa

tot

tot modis deficiendi potestas, defectus quidam est, ipsa mutabilitas, morbus quidam est, & Rom. 8. 19. *Omnis creatura vanitati subiecta est.*

Ita Aug. c. 17. de vera relig. ait: *Deum à vitio, unde mors incipit, & ab ipsa morte ad naturam suam, & essentiam, ea quæ deficiunt, id est, ad nihilum tendunt, reducere & firmare.* & ca. 18. *Sed dicis mihi: Quare deficiunt? Quia mutabilia sunt: Quare mutabilia sunt? Quia non summe sunt.* Et libro duodecimo, de ciuitate Dei. *Sicut autem melior est natura sentiens, cum dolet, quam lapis qui dolere nullo modo potest, ita rationalis natura præstantior est, etiam misera, quam illa quæ rationis expers: & ideo in eam non cadit miseria,*

Omnibus igitur naturis suus quidam defectus adfuit, non mirum si & hominibus esse potuit: non quo essent Deo inimici, sed tamen non perfecti, vt neque hunc Cæci, Claudi, Lusci, illis vitijs Deo sunt odibiles, licet ipsi defectus absque auctoris intentione sint.

Respons. 2. Quod ait: *Futurum fuisse*

vt rebellio esset peccatum, *& Deus auctor peccati*, contra illud est, quod dixerat pag. 83. *Nec dicimus, naturam non potuisse à Deo sine iustitia originali creari.* At si potest creari, ergo cum rebellione potest creari, nam adest rebellio, si absit iustitia, si potest cum rebellione creari, potest igitur Deus esse auctor peccati, hæc enim ex aduersarii syllogismo sequuntur. Contra ex eodem sequitur. *Potest natura sine iustitia, hoc est, cum rebellione creari*, Deus non potest auctor esse peccati, ergo si faciat id quod potest, peccati auctor non erit.

Quod vero addit, *Illam concupiscentiam esse peccatum, Quia dictum, Non concupisces*. Iam olim respondit Augustin. *Non esse peccatum, nisi quia peccato facta est, & peccatum, si vicerit, facit, sic locutio, lingua, manus, peccatum.* Eadem sentiunt moderatiores Caluiniani, & menti legem illam poni, nō brutæ parti interpretantur. Et tu ipse sobrius, sed ebrietatis tuæ immemor. Pag. 76 *Sicut nunc* ἀταξία *inferioris partis non oritur ex ipsa, (bruta enim est) sed vitiositas ex superiore*

Sibi repugnat iterū.

riore

riore parte in illam defluit, adeo vt homo, ne peccasse quidem externis membris putetur, si quid contra legem, absque mente fecerit: sine qua nec sensus, nec membrum vllum officium facit.

Obiectio 2. ex Augustino. Enchirid. cap. 11. *Animorum quæcunque sunt vitia, naturalium esse priuationes bonorum: Priuationes bonorum naturalium præsupponunt habitum eorundem. Vitia animorum sunt priuationes bonorum naturalium, rectitudinis, iustitiæ originalis, &c. ergo hæc supponunt habitum bonorum naturalium.* Fuit ergo iustitia originalis naturale bonum.

Resp. Modis quatuor respōdet Bellarminus, eorum vnum aduersarius oppugnat, cæteros dissimulat: Hunc scilicet: *Esse priuationes naturalium bonorum, id est, rectitudinis non qualis in primo homine fuit, sed qualis esse potuit, si in puris naturalibus conditus fuisset, natura enim illa pura, suam quandam haberet rectitudinem, quatenus nullam haberet vitij curuitatem.*

Obijcit aduersarius. *Augustinus lo-*

quitur

quitur de vitijs quæ sunt, non quæ esse possunt. Quis vero stupor bonum vitijs oppositum fingere in homine sine peccato, & sine vitijs creato? 2. Si bonum naturale in puris naturalibus oppositum vitijs poni debuit, priuationem eius, vitium concupiscentiæ in puris naturalib. poni non potuisse. 3. Si nulla vitij curuitas in naturalibus, ergo nulla corruptio.

Resp. 1. Hac solutione neglecta superesse alias, ab aduersario intactas. Hanc vero etiam posse defendi, docet idem ipse, qui in ea oppugnanda, tam grauiter labitur. 4. *At de homine phantastico non somniauit Augustinus*: Respondeo de eo vigilantem scripsisse, & sobrium (lib. 3. de lib. arb. c. 11.) Deinde etiam hoc loco generalissime naturam boni describit, non vt in homine iam facto est, sed vt naturâ esse potest. Nam bonum, & eius priuationes, in omni genere rerum opponit, *Vulnera animalium, & sanitatem*, & capite 12. *Omnes naturas* ait *bona, naturæ, quamdiu corrumpitur inesse bonum quo priuetur. Mali originem* inquirit Aug. non in hoc

modo

modo natura quæ facta est, sed omnino, an & quomodo in vlla natura esse possit, non igitur ad certam naturam illa sunt restringenda, nec id aduersarius probare tentat, tantum affirmat, & *falsum dicit: De ea naturâ Augustinum somniasse.*

2. *Bonum vitÿs oppositum, in homine sine iustitiâ & culpâ creato ponere*, adeo null⁹ est stupor, vt insania sit nõ ponere Quid enim? nonne qui sine peccato & iustitiâ creatus est, puer esse potest, aut dormiẽs, aut bene aliquid agens, vt bonum hoc qualiscunque innocentiæ retineat, ꝙ opponitur actualib. peccatis, & eorum peccatorum habitib. An nõ in corruptâ naturâ, Cato, Miltiades, alii gentilium bonum habuerũt oppositum vitiis? nec tamen sine peccato erant, & illi habere non possent illud bonum, qui peccato carerent? In eo statu habuisset homo naturalem legẽ, cognitionẽ Dei, & naturalẽ ad eius cultũ affectum: non tamen sine naturali etiam ignorantia, & difficultate. 2. Ipse aduersarius conditiones ponit, quibus aliqui

Bonum oppositum vitiis esse potest in eo qui nec iustus, nec iniustus.

aliqui esse possint excusabiles etsi Deum ignorent. (Rom. 1. 19. dub. 15.) *Habent nimirum illi, quibus negata est salutaris & efficax Dei cognitio, aliquam excusationem, vel ignorantiæ &c. vel imbecillitatis, &c. his positis conditionibus. Primo. Si ignorantiam & imbecillitatem propria culpa ipsi sibi non attraxerint. Secundò. Si lucem, in naturâ reliquam sequi, nec vltro extinguere conentur. Tertiò. Si cæcitatem mentis, & cordis auersionem in se agnoscant, deplorent, &c. Quartò. Si pacto teneatur Deus illis, succurrere.* Aduersarius non somniat hic de homine phãtastico, sed qui esse possit: in quo bona sint excusantia malum, quo tenetur: bona hæc opposita vitijs sunt. Si excusantur sine peccato sunt, nec tamen iusti, quia sine Dei cognitione. In his Augustinus Enchir. cap. 14. *Dialecticorum regulam, quâ duo contraria simul esse posse negantur, negat habere locum. Cum autem bona, & mala (* inquit *) nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed etiam mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt.* Multa bona ergo

ergo in eo ſtatu eſſe poſſunt, ſcilicet naturalium habitus virtutum; oppoſiti vitiorum habitibus naturalibus; carentia culpæ & malorum habituum; naturalis quædam inclinatio ad honeſtum, & συντήρησις, non ſine inferioris naturæ naturali repugnãtia. Hinc friuola eius ratio apparet. *Si bonum naturale vitijs oppoſitũ in puris naturalibus poni debuit: ergo eius boni priuatio, vitium concupiſcẽtiæ in puris naturalibus poni non debuit.* Nam bonum oppoſitum cõcupiſcentiæ poni debuit, συντήρησις, ſapientia &c & concupiſcentia manere potuit, non enim eius boni priuatio eſt concupiſcentia, vt delirat ſenior, cum in alio ſit omnino ſubiecto in parte inferiore. Diſcere poterat vel ab Ethicis auditoribus; ἐγκράτειαν continentiam & quos illa reprimit affectus in eodẽ homine diuerſis tñ potentijs hærere. Poterat igitur etiã eſſe nulla in eo homine *vitij curuitas*, hoc eſt, nullus habit⁹ vitioſus culpa contractus, & eſſe tamen aliqua corruptio, quia abeſſet affectuum illa ἁρμονία, quã iuſtitia originalis faciebat.

Quia scilicet poterat esse nullum vitium. Pluribus his immoror, quia adeo aberrat Aduersarius, *vt non modo in eo literarum peritiam*, cum Scaligero, *requiram, sed etiam sensum communem.*

Obiectio 3. Ex Augustin. de c. d. l. 12. c. 1. *Angelicæ naturæ esse Deo adhærere,* ipse rationem ita proponit. *Quale bonum naturæ Angelicæ erga Deum, tale & naturæ humanæ: quoniam vtraq; rationalis, ad Deum cognoscendum in rectitudine condita. Angelicæ naturæ fuit Deo adhærere, ex dicto Augustini: Rectitudo igitur homini naturalis.*

An Angelus naturaliter adhærescat Deo? Augustinus Vindicatur.

Responsi. Conuenire Angelicæ naturæ, non tamen naturaliter, sed per caritatem: probat ex c. 9. eiusdē libri.

Obiicit Aduersarius. pag. 88. *Hoc falsum. Dicit enim ibi Augustinus: sicut ad naturam oculorum pertinet visus, sic est naturæ Angelicæ, adhærere Deo. Visum vero ad oculorum naturam naturaliter pertinere, quis nescit? 2. Aliud vero ibi Augustinus habet, quod noster consulto præteriit. Omne vitium* (inquit) *naturæ nocet: ac per hoc contra naturā est. Inde nos sic: Quod est contra*

contra naturam, eius contrarium est iuxta naturam & naturale: omne vitium nunc est contra naturam. Vitiorum igitur contraria originalis rectitudo erat homini iuxta naturam, naturalis.

Resp. Neq; hic bona fide agit Caluinista, nam magnam partem Bellarminianæ responsionis supprimit, & cætera nugatur. Verba Augustini integra adferam, vt eorum vera interpretatio à Bellarmino allata reddatur illustrior. *Ab illa igitur* (naturâ) *quæ adhæret Deo, non natura differt ista, sed vitio; quo tamen etiam vitio, valde bona, multumq; laudabilis ostenditur ipsa natura. Cuius enim vituperatur vitium, procul dubio natura laudatur. Nam recte vitii vituperatio est, quod ab illo dehonestatur natura laudabilis. Sicut ergo cum vitium oculorũ dicitur cæcitas, id ostenditur, quod ad naturam oculorum pertinet visus: & cum vitium aurium dicitur surditas, ad earũ naturam pertinere demonstratur auditus. Ita cum vitium creaturæ Angelicæ dicitur, quod non adhæret Deo. Hinc apertissime declaratur eius naturæ, vt Deo adhæreat, conuenire.*

 Simi-

Similitudo non cernitur in eo, quod quemadmodum naturalibus virib. oculus videt, auris audit: ita quoque naturalibus viribus, ex principiis naturæ fluentibus, Angelus adhæreat Deo. Nam hoc se dicere negat aduersarius de Adamo, pag. 62. Et pag. 60. queritur statum quæstionis à Bellarmino peruerti. Deinde etiam sine speciali adiutorio Angelum posse Deo adhærere, vt oculus sine illo videre, auris audire, sequeretur. Vbi enim nouum adiutorium extrinsecus accersitur, impares esse potentiarum vires ad sua munia, conuincitur. Mens ergo Augustini est: Quemadmodum oculi officium est, & eius naturæ bonum videre, auris audire; malum eorum sensuum cœcitas, & surditas: ita Angelicæ naturę officium, ad quod facta est & bonum, ob quod facta est, esse, *adhærere Deo*, non quod ex naturæ principiis habeat, vt Deo adhæreat, sed quia naturæ conueniens est, eam perficiens, & contrarium est naturæ malum. Conuenire igitur naturæ dicitur non id quod opponitur super-

Conueniens angelicæ naturæ adhærere Deo.

supernaturali, ſed præternaturali. Eius interpretationis auctor eſt Auguſtinus. Nam naturæ Deo adhærentis, & non adhærentis eaſdem facultates naturales facit. 2. Subiungit: *Quapropter etiam vitio malorum angelorum, qui non adhærent Deo; quoniam omne vitium naturæ nocet, manifeſtatur, Deum tam bonam eorum creaſſe naturã, cui noxium ſit non eſſe cum Deo*: Non quia *noxium eſt non eſſe cũ Deo.* Ideo naturale eſt, *eſſe cum Deo.* Nam & naturæ Iudæ noxium eſt, non eſſe cum Deo, nec tamen naturæ Petri naturale eſt, eſſe cum Deo. Naturæ angelicæ noxium eſſet, liberum arbitrium non habere in illa gloria firmitatem, quâ labi non poſſet, nec tamen labi non poſſe, naturale eſt libero arbitrio. Itaque illa verba; *Omne vitium naturæ nocet, ac per hoc contra naturam eſt*, pro Bellarmino faciunt. Ex eo enim ſequitur virtutes iuuare, perficere, ornare naturam, non autem eſſe naturales, quarto modo Bellarmini, de quo, ſi non hic, ſaltem alii ſectariorum controuertunt. Concidit ergo illa ratio.

Quod est contra naturam, eius contrariũ est iuxta naturam, & naturale. Nã 1. & 2. modo Bellarmini cõceditur, at simpliciter negatur. Nã dãnatio, tristitia, dolor sunt cõtra naturã, nõ tamẽ beatitudo, gaudiũ, super cœlestis illa voluptas naturalis. Porro de mẽte Augustini lector æquus dubitare non potest: si verba sequentia perpendat: ibidem. *Quæ cum ita sint, huic naturæ, quæ in tanta excellentia creata est, vt licet ipsa sit mutabilis, inhærendo tamen incommutabili bono, id est, summo Deo Beatitudinem consequatur*: ipsa mutabilis, fit incommutabilis, noxium est illi non fieri talem: nec tamen quisquam ita insanit, vt dicat; naturæ mutabili, naturalem incommutabilitatem. Idem probat Bellar. ex l. 12. de c. d. c. 9. quod aduersarius dissimulat. Vt etiam cap. 5. de prædestinatione sanctorum. *Vt enim sit naturæ fidem posse habere, nunquid & habere? cum fidem posse habere sit omnium &c. Proinde posse habere fidem, sicut posse habere caritatem, natura est hominum, habere autem fidem, quemadmodum habere caritatem, gratia est fidelium.* Eo-

dem modo de Angelis sentiendum. Habebant illi *posse adhærere Deo*, quod erat naturæ, habebant boni, *adhærere*, quod erat gratiæ. *Illa natura, in qua nobis est* data posſibilitas, non distinguit ab homine hominem, (adde, nec ab Angelo distinguebat dæmonem) ipſa vero fides diſcernit ab infideli fidelem, (adde, adhærentem, non adhærentem:) profitetur autem ſe loqui, *de gratia, quæ bonos diſcernit à malis, non quæ communis eſt bonis & malis, non de aliquo naturali munere, quod ineſſe poſſet & peſſimo*, ſed ſupernaturali. Verba eius in medio ſunt: *In hac Apoſtoli euidentiſſima intentione, qua contra humanam ſuperbiam, ne quiſquam in homine, ſed in Domino glorietur: Dona Dei naturalia ſuſpicari, ſiue ipſam totam perfectamq; naturam, qualis in prima conditione donata eſt, ſiue vitiata naturæ qualeſcunq; reliquias, nimis, quantum exiſtimo, abſurdum eſt.* In illa ergo prima conditione dona ſupernaturalia fuêre; & donum quod Angelos malos, diſcreuit à bonis, dicere naturale, nimis *abſurdũ exiſtimat*

Augustinus. Et tamen hoc *minus absurdum*, ad fidem pertinere contendit noster aduersarius, & cum frontem exuit tantæ absurditatis patronũ parare Augustinum non veretur.

Iterum vindicatur August.

Obiectio 5. Ex Augustino l. 3. de libero arbitrio, cap. 18. *Approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente, atque torquente dolore carnalis vinculi, non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati.* Infert aduersarius. *Ergo eius contrarium, est de uatura instituti hominis, id est, naturale.*

Respons. *Augustinum loqui de natura hominis, qualis factus est, sapientis iusti, non qualis esse potuit.* Responsio ex ipso Augustino: Nam subdit: *Cum autem de libera voluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus est, loquimur.* Itaque de natura hominis fidelis, dicimus esse credere, caritate præditi, amare; beati, Deum videre; arbitrii confirmati, non posse ferri in malum: sunt enim actiones illæ modo quodam naturales donis illis, vnde oriuntur,

riuntur, at dona ipsa, & actiones naturæ, cui insunt, & à qua exercentur supernaturales.

Obiectio sexta. S. Leo serm. 13. de passione Domini. *Innocentiam primi hominis*, ait, *fuisse naturalem.* Ergo. Resp. *Naturalem quia ab initio per modum naturæ tributa, cum natura fuerat propaganda, non ex naturæ principijs, sed gratia Dei.* Intelligere responsionem potest, aduersarius ex principiis Caluinisticis. Nam omnes illorum filii nascuntur in *sanctitate fœderali*, vt ipse vult com. in 1. Corinth. 7. 14. *habent ius fœderis promissi, & sacramentorum Ecclesiæ.* hoc ius, Caluinus ait: *in mille generationes propagari, nec interruptionem obstare factam in papatu, quo minus papistarum filij baptizentur.* An ergo fœderalis sanctitas paruulis vestris naturalis? affirmare non audes, & tamen rationi tuæ consentaneum est. Quod à *natiuitate habetur, & in posteros propagatur*, est naturale, hæc sanctitas talis. Naturalis igitur.

Sanctitas Caluinistarum naturalis.

Obiectio 13. Ex D. Thom. 1. quæst. 12. art. 1. *Finis hominis est naturalis, natu-*

 ralia

ralia ergo media, alioquin rebus omnibus esset infelicior homo. Media autem erant rectitudo, & iustitia originalis, ergo hæc erat homini naturalis.

Resp. *Controuersum est, sitne homini beatitudo supernaturalis. Quod si naturalis, quoad appetitum, non consecutionem, est talis, ideo opus medijs supernaturalibus.*

Obiicit 1. *Audis verba nutantis conscientiæ. Vellet in dubium vocare minorem. 2. Quod si hic finis naturæ humanæ naturalis non est, dicat nobis, quis est alius naturalis? 3. Thomæ dictũ eludit distinctione friuolâ. Quid n. appetitus sine cõsecutione? appetit⁹ impossibilis ad consequendum est uanus. At appetitus primi hominis, non potuit esse vanus: quia natura perfecta non erat subiecta vanitati. Ergo finis fuit non solũ, quoad appetitũ, sed etiam quoad consecutionẽ.*

Resp. Vanissimæ vanitatis argumentum est, & apertæ calumniæ. Calumnia est, cũ dicit: *Verba Thomæ eludere friuolâ distinctione.* Cum illa distinctio sit ipsius Tho. 1. q. 12. a. 4. *Resp. dicendum: quod impossibile est, quod aliquis intellectus creatus per sua naturalia essentiã Dei videat.* Con-

Calumnia aducrsarii.

secu-

secutionem ergo non iudicat naturalem, & 1. part. quæst. 1. artic. 1. *Quia homo ordinatur ad bonum, sicut ad quendam finem, qui comprehensionem rationis excedit.* Ne vero dicat hæc de naturá corruptâ dici, non integ â, legat articulũ quartũ, quæst. 12. inueniet de integra, imo vel maxime de Angelis agi, quibus (respon. ad 1.) ait: *esse impossibile per sua naturalia diuinam essentiam videre.* Hæc de calumnia.

Vanissima etiam ratio. 1. *Quis alius finis naturalis?* Resp. Naturalis Dei amor, & cognitio, non simpliciter, sed in suo quodam genere beatum hominem constituens. Potest ex infinitis bonis suis multa, & maxima largiri creator, quæ non sint ipse, quibus homines naturali quadam felicitate fruerentur, & eius boni Deum agnoscerent, & amarẽt auctorem. Ita Theologi, etiam Caluiniani. Imperitia aduersarii

2. Verum *appetitus sine consecutione est vanus.* Responſ. Non est sine consecutione supernaturali, ideo nec vanus; cum nobiliore modo finem conse-

consequatur. Sic animæ à corpore separatæ, appetitus est naturalis, nec vanus, vt corpori suo coniungatur, nec tamen naturaliter id fieri potest, nec est in potestate animę, sed virtute creatoris, nec ideo illa *anima omnib. rebus est infelicior*, quia naturaliter non potest, quod naturaliter desiderat, quod deest naturæ, supplet gratia. Quod si hunc dialecticum audiam⁹. Primus homo in & ipsi Angeli fuere *omnib. reb. infeliciores*, etiam nondum miseri, nondum mali. Homo immortalis erat, vt posset non mori, posset etiam mori, eo peruenturus erat, vt mori omnino non posset, finis ille non erat illi naturalis; nec naturali medio id consequebatur. Nam quomodo natura mortalis, hoc est, quæ potest mori, naturaliter exuit illam imbecillitatem, induitque robur quo non possit mori? Angeli peccare poterant, naturaliter non acceperunt peccandi impossibilitatem, vt supra probatum est. Et egregie Augustinus lib. de corr. & grat. cap. 10. *Diabolus vero & angeli eius, etsi beati erant, antequam cade-*

caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant; Erat tamen adhuc, quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem, tanquã præmium istius permansionis acciperent, id est, vt magna per Spiritum sanctum data abundantia charitatis Dei, cadere vlterius omnino non possent, & hoc de se certissime nossent. An hæc illis confirmatio naturalis, an etiam illa scientia, & securitas? imo peculiare gratiæ beneficium, & supra naturam hominis, & angelorum; & quidem ex principiis aduersarii. Angeli ante lapsum nesciebant suam miseriam, vt ibidem docet Augustinus. Ignorantia ergo futuræ miseriç, & beatitudinis integerrimæ, eorum naturæ erat naturalis, cognitio ergo contraria, & quidem certissima, securissima, non erat naturalis.

Concludam huius capitis disputationem, vbi lectorem monuero, quam suæ causæ diffidat aduersarius. Bellarminus contra suam propositionem, 13. adducit argumenta, sex in suam rem,

facere

facere iudicat Aduersarius, quorum 1. est ex ratione, tria August. vnum Leonis, vnum idem D. Thom. auctoritate nititur. Nullane alia habuit? vbi illa de scripturis iactatio? cur non hunc in locum retulit? cur non vel vnum, ex pluribus, & solidioribus illis, de quib. gloriatur? *Sed hoc est*, vt ait Vorstius, ***in iudicando velle Deum esse*** , ***in argumentando, probandoque puerum vix superare.***

CAPVT VIII.

1. *Homo puluis.*
2. *Noua aduersarii dialectica.*
3. *De causa per se, noua philosophia.*
4. *Phantasma impium aduersarii.*
5. *Eiusdem stupor, & error de causa per se, & per accidens.*
6. *Quomodo nos à causa mortis liberati?*
7. *Noua philosophia aduersarii.*
8. *Eiusdem aperta calumnia.*
9. *De potentia non moriendi, & impotentia moriendi.*
10. *Aduersarius Pelagianizat.*
11. *Augustinus defenditur.*
12. *Aduersarius solâ scriptura non nititur, rem Pelagio prodit.*

13. Libe-

13. *Libere fingit, stulte Pelagianis patrocinatur,*
14. *Se ipse redarguit. Verba Bellarmini deprauat.*

HACTENVS disputatum de prima gratia, quæ est animæ. cap. 8. & 9. agitur de gratia corporis, hoc est, immortalitate. De illa duæ hæreses contrariæ refutantur. 1. Pelagianorum, (vt Augustin. de hæres. capit. 88.) Adamum, etsi non peccasset, iuste moriturũ. 2. Lutheri & aliorum, immortalitatem fuisse Adamo naturalem, contra hanc ca. 9. disputat. At ca. 8. Pelagianos refellit scripturæ testimoniis, & ratione. Nam Conciliorum & Patrum testimonia obuia sunt, vtpote cum nulla pene hæresis tot sanctorum voluminibus, inueniatur refutata. Aduersarius primo generatim calumniatur (à pag. 92. ad 97.) Bellarminum esse Pelagianum. 2. Rationes eius vellicat, & respondere docet Pelagianos nouos Sozini sobolem.

Calumnia prima, pagina nonagesima secunda. *Absolute dixit capite sexto, Hominem esse puluerem. At*

Homo puluis.

puluis natura corruptibilis, etiam sine peccato.

Resp. Eadem est culpa Dauidis, Psa. 102. 13. *Recordatus est, quia puluis sumus.* & Dei: *Puluis es*, aliud non dixit Bellarmin⁹: *At puluis corruptibilis est sine peccato, homo ergo corruptibilis sine peccato.* Resp. Ita sane: expostulet cum Dauide, qui dixit, cum Deo, qui fecit & dixit. Quid fremit in Bellarminum? *Lepidum caput*: diceret Scaliger: Naturâ mortalis, corruptibilis erat sine peccato, quod dicit Bellarminus; ergo moriturus, corrumpendus Adam, etiã sine peccato, quod dicunt Pelagiani. Labile erat liberum arbitrium angelorum: lapsurum igitur? Ab actu ad potentiam non à potentia ad actum argumentari dialecticorum discunt pueri. At noster Chrysippus; *Fieri potuit, factum igitur.*

Noua dialectica aduersarii.

Calumnia 2. *Absolute dixit ibidem, hominem naturâ mortalem. Non igitur mortalis ex peccato.*

Resp. Eadem defensio; quia eadem calumnia. Mortalis naturâ, immortalis ex gratia; mortuus ex peccato. Pelagio:

lagio: mortuus non ex peccato, ſed naturâ.

Calumnia 3. Dixit ca. 5. *mortem, defectus, omnes fluere à naturâ, vt à cauſa per ſe: poſita cauſa per ſe ponitur effectus. In homine ante peccatum ponebatur cauſa mortis per ſe. Quidni etiam mors?*

Reſponſ. Tanti eſt ſapere. ô Chryſippe, ô Lyceum. *Poſitâ causâ per ſe ponitur effectus*, liberum arbitrium Adami, Angelorum erat cauſa peccati per ſe, eo ergo poſito ponebatur effectus. Voluntas aduerſarii eſt cauſa per ſe mendaciorum, eâ ergo poſitâ, *caui ſpirant mendacia folles*. Non ita ſonat axioma philoſophorum, ſed: *Poſitâ cauſa in actu ponitur effectus.* Cauſa *in actu*, non quoad *exiſtentiam modo, ſed quoad cauſalitatem*. Nam ἀδιαιρέτως illa cohærent: Cauſæ actualis efficientia, & effectus. *Cauſa per ſe* multis modis impediri poteſt: Voluntas eſt volendi cauſa per ſe, nec tamen ſemper eſt velle, cum eſt voluntas: nec intelligere, cum eſt intellectus. Miſeras tuorum aures, quę tua audiunt, miſeriores mentes, ſi credunt.

De cauſa per ſe, noua philoſophia.

Phantasma aduersarii impium.

Calumnia 4. *Toto c. 6. contendit, corruptionem, sub qua, & mors, conuenire homini in puris naturalibus, etiam sine culpa: aut igitur de phantasmate loquitur, aut sentit cum Pelagianis.*

Resp. Iam sæpe responsum: hominem potuisse fieri talem. Et an aduersarius negare potest; Deum hominem creare potuisse sine culpâ mortalem, qui suscitauit à morte, iterum morituros? fieri potuisse dicit Bellarminus, factum Pelagiani. Non ergo sentit is cũ Pelagianis: Nec de phantasmate loquitur: Impium enim est dicere: Phantasma esse: quod Deus facere potuit, non tamen fecit.

Calumnia 5. *Ibidem dixit, Corruptionem, defectus, mortem, fluere à conditione materiæ, & naturæ ex contrariis composita. At hæc conditio materiæ, compositio naturæ fuit, ante peccatum. Ergo ante peccatum homo fuisset mortuus, quod volunt Pelagiani. Neq; hi alia argumenta olim habuerunt: Sezíniani etiam aperti, occulti, nulla alia habent quam hæc Bellarmini.*

Resp.

Resp. Nihil alienius à ratione quam ista pessime conciliata ratio. *Mors fluit ex conditione materiæ, conditio fuit ante peccatum, ergo homo fuisset ante peccatum mortuus.* Syllogismus est è figurâ quintâ, quo Euangelium quintum firmatur: similis est huic: *Mors fluit è conditione materiæ fœtus concepti, conditio fuit ante ortum, mortuus ergo ante ortum.* Mortem fluere, non est mori, aut mortem esse, sed eam esse conditionem hominis, vt sit morti obnoxius, ad mortem tendat. Sic illa verba: gen. 3. *Morte morieris*, intelligit Augustinus. Et Caluinus: *à die transgressionis inchoatam esse mortem.* Negat vero Bellarminus moriturum fuisse, quia ne *acta mors flueret*, eam gratia sistebat. Pelagiani eam gratiam tollebant. Ita neq; hoc neq; aliud argumentum Bellarmini apud Pelagianos, aut Sozinianos inuenitur. Stupor aduersarii.

Calumnia 6. *Et posito etiam supernaturali, in alium lapidem impingere, ac dicere cogitur: mortem vel omnino, non esse effectum peccati, sed naturæ: vel saltem*

esse effectum peccati per accidens: quorum prius rursus cum Pelagio habet commune. Posterius erit falsum: Tum quia sic omnes scripturæ, quæ mortem esse effectum, pœnam, stipendium, aculeum peccati testantur, tantum essent per accidens vere, per se falsæ: Tum quia dicendum esset, Christum moriendo pro nostris peccatis non liberasse nos à causa mortis per se, (quia non liberauit nos à naturâ) sed tantum à causa mortis per accidens: quo nihil falsius, nihil absurdius. Pelagiani igitur sunt sophistæ

Error aduersarii non distinguentis causam per se, & causam totalem.

Resp. Propositio falsa est, magnæ index inscitiæ. Mors effectus est peccati, & effectus *per se*. naturæ etiam effectus *per se*. Deinde etiam effectus *per accidens*, nec tamen ideo non effectus *per se*. Ne turberis, paulisper attende. Plures sunt causæ vnius effectus per se. Hominis causæ, materia, forma, parentes, Sol, Deus. Mortis igitur plures esse possunt, imo vt sint, necesse est. Peccatum est causa mortis *per se*, in genere morali: peccato enim mortem meriti sumus, & nos, & patres nostri. Natura etiam causa *per se*, quia

morta-

mortalis, & fragilis, principia suæ habens in se corruptionis, qualitatum contrariarum assiduos conflictus, nisi bella illa supernaturalis rectitudo placida pace componat. Sic Achabo causa mortis cruentæ, fuit iniusta cædes Nabothi, & causa eiusdem mortis inflictum vulnus. Tot calamitatum & quotidianarum causę ante oculos sunt mortium, latrones, hostes, lues, &c. & tamen non ideo non sunt causæ, merita nostra. Causæ, sed morales, quas si seria pœnitentia tolleret, physicarum etiam efficacitatem diuina manus inhiberet. Sunt tamen interdum etiam peccata causæ *per accidens*, respectu alicuius actionis physicæ: cum scilicet impedimentum actionis physicæ mortem inducentis remouent. Impedimentum earum actionum, erat gratia, & adiutorium Dei speciale; quo remoto, ruere natura, & à se dissidere cœpit. Deniq; peccatum potest etiam esse causa physica mortis *per se*, moralis *per se*, necnon causa *per accidens*. Ebrietas Macedonis, Hirci illius magni,

mortis causa erat, meritoria per se; si enim *vna vnius leuissimi peccati leuissima cogitatio millies millies iudice Beza, meretur mortē æternam*, cur mortē temporariā, immaturā tam bruta ingluuies nō mereretur? Eadem causa physica *per se* temperiē corporis, vitæ necessariā dissoluens, noxiū calorem, ac deinde letale frigus inducens. Causa *per accidens* remotione gratiarum & causarū vitá conseruantium. verū hæc aduersario discere non placuit, ne sophista videretur, quod si didicisset iam nihil quod Bell. opponeret, sibi reliqui fecisset. Hoc fundamēto subruto, reliqua cōcidūt. Habēt tñ singulares quoq; hallucinatiōes.

Inscitiæ nouæ argumentū.

Si mors effectus peccati per accidens, ergo scriptura, quæ id asserit, est vera per accidens, per se falsa. Respon. Imo scriptura quæ asserit mortē effectū peccati *per accidens*, *per se* vera est: etsi rerum connexio est *per accidens*, Oratio tamē asserens eā connexionē esse *per accidens*, est vera *per se*. Veritas enī orationis est, eius cū reb9 cōformitas, cū dicitur res esse, quo est, aut nō esse, quo nō est. Solis de-

clinatio

clinatio, causa est frigoris *per accidẽs*, auferẽdo calorẽ, cui frigoris succedit incremẽtũ. Neq; tamẽ, cũ dicim⁹, solis declinationẽ causam esse hyemis, vera nõ est oratio *per se*. Exemplo ꝓprio docendus est mihi, hic meus duri ingenii, durissimæ frontis discipulus. *Quæ hæc impudentia* (inquit in Elencho Scaliger) *vt etiã audeat* (Pareus) *iurare, ab Eusebio proditũ, cuius nunquã Eusebio in mentẽ venit?* Hæc oratio; *Pareus per impudentiã peierat ab Eusebio proditũ, cuius nunquã Eusebio venit in mentẽ.* Non est vera *per impudentiã*, falsa *per pudentiã*. Etsi ille iurat *per impudentiã*. Quid igitur? *Quis continebit* (de nostro ait Scaliger) *aut risũ si stuporẽ cõsideremus, aut stomachũ si cõfidẽtiã?* *At Christus non liberasset nos à causa mortis per se, non enim à natura.*

Resp. Nec à naturâ, nec à morte naturæ temporaria nos liberauit Christus; nam & naturam retinemus, & *omnes morimur, & quasi aqua, delabimur in terram*. Sensu tamẽ quodã, nos à naturâ, & morte liberauit: à naturá corruptibili, quaten⁹ p eũ cõsequimur, vt Quomodo nos à causa mortis liberati

corruptibile hoc induat incorruptionem: à morte, ne piis sit formidolosa, sed ianua vitæ melioris, *preciosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius*. Liberauit à causa corruptionis, mortis æternæ, scilicet peccato, fonte omnium malorum, sed qui fons est merendo pœnas, non efficienter infligendo.

Calumnia 6. pag. 94. *Si homo integer natura fuit iustus, sanctus, peccati expers: vtiq; natura fuit immortalis; quia vbi non est peccatum, ibi nec mors.*

Resp. Concludere debuit: *esse immortalẽ naturâ* quod probandũ suscepit: at quomodo seqtur, *vbi nõ est mors, ibi immortalitas naturalis?* In cœlo non est mors, non tamẽ immortalitas à naturâ: vt enim gloria non est à natura; ita neq; iustitia, & sanctitas à naturâ.

Calumnia 7. *Si mors est à naturâ, vt à causa per se, quod vult Bellarminus: erit naturæ sequela per se: quod vult Sozinus. Non erit igitur effectus peccati per se. Cum in eodem genere efficientium plures causæ, nisi subordinatæ non dentur. Sed nec natura peccato, nec peccatum naturæ subordina-*

Noua philosophia aduersarii.

ordinatur per se. *Eo ergo redit aduersarius mortem esse pœnam peccati tantum per accidens.* *Neque se expedit dicendo mortem esse à culpâ vt à causa remouẽte prohibens: Nempe supernaturale donũ*: Quare? *quia tale donum non fuit, deinde quia si esset, perficeret naturam, nõ prohiberet mortem*: Tandem concludit: *Si igitur verum, quod hic disputabit, mortem esse proprie & per se pœnam peccati, falsum necessario, mortem esse à peccato tantum, vt à causa remouente prohibens, hoc est, per accidens.*

Resp. Protuli verba aduersarii, non indiga nouæ solutionis, nam ex dictis constat, quomodo variæ sint causæ mortis. Verum vt argumenta inopinæ ruditatis, & veteris malitiæ. Malitiæ: Quia Bellarminus cap. 5. §. nec minus: dixit: *Mortem esse à culpa, vt à causa remouente prohibens: à natura per se*: Agit autem de causa efficiente physica. Aduersarius autem ait eum dicere? *Mortem esse à peccato TANTVM vt à causa remouente prohibens.* Cum per se à peccato sit, vt causa morali. pag. 95. Nequius etiam pag. 94. fingit eum dicere. Calumniæ apertæ aduersarii.

Mortem esse peccati pœnam tantum per accidens. Pœna per accidens non est peccati, sed per se. Non sunt hæc Bellarmini dogmata, sed inimici figmenta. *Reddit atis: In eodem genere efficientium plures causæ per se, nisi subordinatæ non dantur:* Duplex error: prior, quia inter omnes constat, *vnum effectum esse à multis causis per se, in eodem genere efficientiũ, proximis, non subordinatis.* Fruticum terra, & aqua, nõ subordinata, nemo qui physicũ, vel mensẽ vnũ audiuit, hęc ignorat. Quia vero hęc ex portẽtosa aliqua physica ꝑducit, suadeo legat Francis. Soarez to. 2. dis. 26. sect. 4. Metaphys. Alter est etiã absurdior. Quod statuat, *peccatũ & naturam esse in eodem genere efficientiũ.* Peccatum moraliter, natura physice efficiens est, quę sunt genera diuersissima: cum actio quæ peccatum est, physice etiam ad mortem concurrit, naturæ vt particularis causa coniungitur, vel per accidens, prohibẽtis remotione, vel per se nocentiũ qualitatũ effectione. Verum hæc posterior ratio, non est omnibus peccatis communis.

Calumnia 8. Docet Bellarm. *Neq; Adamum, neq; posteros eius potuisse mori, nisi culpa praecederet.* Obiicit aduersarius. *Si homo non potuit mori ante peccatum, immortalitas eius fuit impotentia moriendi, quam nullus actus mortis consequi potuisset. Hoc vero aperte falsum. Debuit igitur dicere; Hominem ante peccatum potuisse non mori: cum Augustino, qui dicit: Aliud est non posse mori: Aliud posse non mori: secundum quem modum primus creatus est homo immortalis: quod ipsum Bellarminus paulo post fatebitur: cap. 11. §. 3. datũ fuisse homini, vt posset non mori. Natura enim mortalis habet potentiam, non impotentiam moriendi.* Distincta sunt: potentia non moriendi & impotẽtia moriendi.

Resp. Puerili cauillo nixa calumnia. Potuit homo mori, potuit nõ mori, qa potuit peccare, potuit non peccare, ita Bellarminus. Huic non repugnat illa hypothetica: *Non potuit mori, nisi peccasset.* Potuit angelus dãnari, potuit nõ dãnari: quia potuit peccare, potuit non peccare. Et tamẽ vera cõditionalis, nõ potuit dãnari, nisi peccasset. Potuit Pareus à Scaligero mendaciorũ conuinci,

potuit

potuit non conuinci : Et tamen non potuit conuinci, nisi mentitus. Absolute potuit mori: positâ conditione nō moriendi, innocentia; non potuit mori, potuit tamen mori qui innocens; sed perdita innocentia: qua manente, ex hypothesi, non naturâ, manebat impotentia moriendi, non excludens absolutam potentiam moriendi.

Aduersarius Pelagianizat.

2. Si hæc falsa: *Non potuit mori, nisi peccasset:* eius igitur cōtradictoria *potuit mori, etsi non peccasset:* Vera est. Hoc Pelagius, & Cœlestius optant, & vel talento mercetur Sozinus. Habuit ergo impotentiam moriendi non simpliciter: sed impotentiam moriendi ante peccatum. Simili ratione Sampson hâbuit impotentiam amittendi roboris; non simpliciter; sed impotentiam amittendi, ante fatalem tonsuram. Hæc enim à Deo conditio posita fuerat.

Aug. defēditur contra aduersarium.

Nec modum loquendi Bellarmini fugit Augustinus, ne dum sententiam. lib. quæst. vet. & noui testam. c. 19. *Ille factus est homo immortalis, vt non posset mori, si non peccasset; filij vero resurrectionis*

nis non poterunt vltra peccare, non mori. Et lib. 13. c. d. cap. 19. *Nunc de corporibus primorum hominum, quod instituimus, explicemus: quoniam nec mors ista, quæ bona perhibetur bonis, nec tantum paucis intelligentibus, siue credentibus, sed omnibus nota est, qua fit animæ à corpore separatio: qua certe corpus animantis, quod euidenter viuebat, euidenter emoritur, eis potuisset accidere, nisi peccati meritum sequeretur.*

Altera parte capitis occulte partes Pelagianorum agit, Bellarmini argumenta vellicans, nec meliora substituens, Sozinianis effugia monstrans, addit calumniam, eadem argumenta aduersus Bellarm. valida esse.

Argumentum Bellarmini 1. Gen. 2. 19. *Quocunque die comederis, morte morieris.* Inde sic: *Si Adam etiam non peccando moriturus erat, frustra mortis comminatio in præuaricationis pœnam statuta fuit, atqui non frustra. Adam igitur non peccando, non erat moriturus, proinde mors pœna peccati.*

Cauillum pro Pelagianis. 1. *Non concludit, quod posuit in titulo, non potuisse*

mori,

mori, nisi peccasset. 2. *Pelagianos posse negare maiorem. Non frustra fuisse futuras minas, nam Deum mortem minatum, non vt peccati pœnã, sed vt debitũ dolorificum naturæ: quia mors, quæ ante peccatũ homini fuisset naturalis sine dolore, post peccatũ esset futura dolorifica: sicut fœminæ post peccatum Deus imposuit partum dolorificum, qui ante peccatum futurus erat sine dolore. Quod cauillum aduersarius ex suo principio refellere minime potest.*

Resp. ad 1. Conclusio est contra primum, quem recensuit, errorẽ: scilicet, Pelagianorũ. Deinde ex hac sequitur alia: *Ne potuisse quidem mori, nisi peccasset.* Quia his verbis: *Puluis es, & in puluerẽ reuerteris, damnat Adamum* (inqt Bellarm.) *ad eam pœnam, quam illi fuerat ante comminatus. Si mortem illi, vt pœnã fuit cõminatus, nõ ergo mori potuit sine culpâ, nam pœna sine culpâ nulla esse potest.* Stãte scilicet Dei fidelissima promissione, & seruata conditione non peccãdi, non potuit esse pœna peccati.

Nõ nititur sola scriptura.

Ad 2. aduersarius primo priuaricatur. Quia ex ipsa scriptura nõ putat sufficienter

enter

enter hæreſes poſſe ſine principio ſuo, ſcripturis addito, refutari. Hæc verba: *Morte morieris*: Fingit ita exponi à Pelagianis. *Morte dolorifica morieris, moriturus ante peccatũ ſine dolore.* Ego ex te quæro, quid tu ſis illis reſponſur⁹? Dices: *deprauationem eſſe ſcripturæ. Quia non dicitur, morte dolorifica ſed morte.* Idẽ dicet Bellarm. Et poſſunt nonnulli ſine dolore emori. Deinde mortis labores, dolores, infirmitates, id eſt, mortẽ inchoatã, & extremã mortẽ Deus intelligit, non ergo hæc futura ſine peccato, nec ergo mors. Solo Dei verbo refellẽdæ hæreſes, ex ſolo Dei verbo, ergo cõſtat locum illũ non poſſe intelligi more quo *promptum eſſet reſpondere Pelagianis.* Sua igitur vineta cædit aduerſarius, orthodoxos ꝓdit Pelagio, & Sozino. Verũ vt hõinis occultũ Pelagianiſmũ agnoſcat lector: Aduertendum, nolle hunc patronum Pelagianos: Illi enim, etiam ſi homo non peccaſſet, mortem & partum cum dolore aſſerebant, nulli ergo eorũ hoc commentũ in mẽtem venit. 2. Mortem æternam interpretabantur, Libere fingit aduerſarius.

pœnam

Stulte Pelagianis patrocinatur.

pœnam peccati, *pœnam personalem peccato personali retributam*, vt constat ex Augustino lib. 1. cap. 2. de peccat. mer. & rem: non ergo dolorem mortis. 3. Fœda ἀνιστορεία aduersarii, cum ait. *Promptum esset regerere Pelagianis ad maiorem*, Negando, &c. *Mortem ante peccatum futuram fuisse sine dolore, nunc esse dolorificam.* Nam sua fundamenta conuellerent. Dolorem mortis naturalem dicunt, non pœnam peccati. 2. Paruulos omnino volunt esse absque peccato, nec si moriantur perire posse. 3. Adami peccatum non nocuisse paruulis, siue quoad culpam, siue quoad pœnam. At paruuli graues sæpe citra mortem dolores, & in morte sentiunt, an ergo illi dolores pœnam originalis peccati dicerent Pelagiani, mortem negarent pœnam esse peccati, cruciatus in morte grauissimos, & absque morte interdum asperiores, concederent in paruulis pœnam esse peccati, quæ absque peccato non esset? In paruulis (inquam) purissimis, angelicis, in quibus mors quæ ante peccatum homini fuisset

ſet naturalis ſine dolore, non debuit eſſe dolorifica, quia nullum in illis peccatum. Quomodo ergo promptum hæc dicere Pelagianis? An & promptum omnia ſua refellere dogmata. Hoc ergo veteris hæreſeos patrocinium, eſt aut portentoſæ ſtoliditatis, aut extremæ malitiæ.

Argumentum 2. Sap. 1.13. *Deus mortem non fecit: Non ergo moriturus ante peccatum.*

Cauillum Aduerſarii: *Eſt apocryphus: Canonicæ tamen ſcripturæ conſentaneus: Sophiſtas æque, & Pelagianos redarguens. Quia enim Deus mortem non fecit: fecit vero naturam: ſequitur naturam non eſſe cauſam mortis per ſe.*

Reſp. ad 1. Temerarium iudicium: nam vnde nouit apocryphum? Non ex verbo Dei, at illud tantum iudicare de controuerſiis poteſt. Verum cum ſit veteri Eccleſiæ, & patribus Canonicus: diſputationem hanc ſuo loco reſeruemus.

Ad 2. Argumentum ſtolidum. *Deus non fecit mortem, Deus fecit naturam*, ſe-

Deus non fecit mortem, sed mortalitatem.

quitur: *Ergo naturâ non est mors, sed natura non est facta vt moreretur*, non autem: *ergo natura non est facta mortalis.* Nam aduersario fatente, facta est, vt posset mori, posset non mori: Mortale ergo, & mortalitatem fecit Deus, non tamen mortem. Quia gratiam dedit, quâ mortale, posset non mori, qui & gloriam dedit, vt mortale non posset mori. Quod si legitima est consequentia: Fecit naturam, ergo natura non est per se causa mortis: Multo etiam firmior hæc erit: Fecit liberum arbitrium: Ergo liberum arbitrium non est, per se causa peccati. Nec Angelorum, nec primi hominis. Quænam igitur peccati causa per se?

Argumentum 3. Sap. 2. 24. *Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Ergo absq; eâ esset, homo non moreretur.*

Cauillum aduersarii. *Si mors intrauit per Diaboli inuidiam, falsum; quod per naturam.*

Aduersarius se redarguit.

Respon. *Per inuidiam* Diaboli mors intrauit, quia per eam natura peccatrix amisit donum, quo poterat non mori.

mori. Per inuidiam intrauit: sed aliæ quoque causæ, præter inuidiam: alias regeram: si per inuidiam Diaboli mors intrauit, non ergo per liberum arbitrium. Cum tamen inuidia illa causa peccandi, fuerit libero arbitrio. Constant hæc ex Rom. 5. 12. *Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors.* Quod est

4. Argumentum Bellarmini, & aduersarius interpretatur pag. 98. *Non repugnant, mortem ingressam esse per vnum hominem, & per vnum peccatum, & per inuidiam Diaboli. Per vnum hominem, vt per subiectum peccans, efficiens proximum: Per vnum peccatum, vt per culpam seu demeritum. Per inuidiam Diaboli, vt per efficientem mouentem primã.* Et per naturam libero arbitrio peccantem, per naturam, vt suæ, in se, corruptionis principia continentem.

Argumentum 5. Rom. 6. 23. *Stipendium peccati mors est: non ergo sine peccato, peccati stipendium.*

Cauillum. *Mors est stipendiũ peccati,*

hoc est effectus iure debitus peccato. Mors igitur non est sequela naturæ per se.

Respon. Eadem chorda aberrat. Non est sequela: quia non sequeretur, etsi posset sequi, & sequeretur, nisi eam gratia detineret. Est ergo stipendium peccati per se, effectus naturæ deficientis per se: sed quæ sine peccato defectura non fuisset.

Argumentum 6. & 7. Ex Rom. 8. 10. & 1. Cor. 15. 22. & vers. 26. Hic nihil pro Pelagianis adfert.

Argumentum 8. Ex Conc. Mileuit. cap. 1. & Arausican 2. cap. 1. Anathema dicunt asserentibus: *Hominem de corpore exire, non peccati merito, sed necessitate naturæ, negantibus: mortem corporis esse pœnam peccati: vel mortem solam, sed non culpam, propagatam.*

Cauillum. *At Bellarminus dicit, ex accidenti quidem peccati merito: per se vero necessitate naturæ: Ergo maiorem partem anathematis Bellarminus incurrit.*

Iterum deprauat verba Bellarmini.

Responſ. Nunquam dicit Bellarminus: *Ex accidenti peccati merito sequi mortem.* Nam peccatum in genere meriti

meriti est causa mortis per se. 2. Nunquam, *mortem ex necessitate naturæ sequi per se, sed non potuisse sequi sine peccato*, at merente peccato, naturam sibi relictam sine gratia, necessario mori. Quod de natura sine gratia dixit, id ille de natura simpliciter accepit.

Argumentum 9. Ex ratione. *Nullo modo mortis potuit homo emori. Non vi externa, non fame aut siti: non morbo, senioue, non ergo mori potuit: à vi externa defendebatur Dei, Angelorum custodiâ, à fame & siti tanta copia ciborum, & potus, à morbis temperie corporis, senio, arbore vitæ.* Solum Aduersario displicet, quod concludat *non potuisse mori*, vellet hoc solum: *Non fuisse moriturum.* At Bellarminus cum Augustino, conditionaliter accipit. *Non potuisse mori, nisi peccasset*, quod quia supra pag. 95. dixit falsum; ipse iam vere tandem Pelagianus, tueatur eius contradicentem.

Potuit mori, etsi non peccasset.

CAPVT IX.

1. *Cauilla aduersarii.*
2. *Secum confligit.*
3. *Corpus natura suâ concedit esse mortale non hominem.*
4. *Quid debitum naturæ.*
5. *Aliquid naturale naturam destruit.*
6. *Immortalitas non est naturalis transpiratione animæ.*
7. *Humores, & spiritus naturaliter corruptibiles, etiam in primo homine.*
8. *Augustinus à deprauatione vindicatus.*
9. *Cibus primorum parentum.*
10. *Immortalitas Adami, qualis Calceamentorum Israeliticorum in deserto.*
11. *Augustinus iterum, ac tertio defensus.*
12. *Cyrillus malâ fide ab Aduersario exponitur.*
13. *Summa Aduersarii impudentia Scholasticos sentire secum fingentis.*
14. *Rationes Bellarmini defensæ.*
15. *Lex naturæ verti potest in pœnam, non in culpam.*

IMmortalitatem homini non fuisse naturalem, etsi ex c. 5. 6. 7. satis constare poterat, hic tamen auctoritate, & ratione probat Bellarminus: Aduersarius à suâ carpendi consuetudine ne latum quidem vnguem recedit. Nam

(pag.101.) *Toto (ait) hoc capite Bellar. disputat confuse, ieiune, sophistice. Confuse: quia immortale, & naturale, cum vtrumq; varie dicatur, nõ distinguit. Ieiune: quia assertionẽ suã nulla scriptura; duorum vix patrũ auctoritate probare potest. Sophistice, quia corpus hominis pro homine, mortem pro mortalitate ponendo lectori sæpius imponit.* Itaq; ille tres distinctiones præmittit. 2. Rationibus 4. hæresin suam astruit. 3. argumẽta Bell. soluere conatur. Cauilla aduersarii varia.

Resp. *Non confuse.* Quia naturale intelligit, vt c. 5. quod quarto modo tale, fluens ex naturæ principiis. Immortalitatem vero, qua homo poterat non mori, & non poterat mori, nisi peccasset. vt dictum c. 8.

Non Ieiune: quia ex tribus scripturæ locis assertionẽ suam euidenter deducit, & omnes patrum, scripturæq; auctoritates, c. 5. 6. 7. huc pertinent. Ieiunissime contrariã assertionẽ tueri conatur aduersarius, ille enim nullũ scripturæ locũ, nullũ patrum in testẽ adducit, sed vana ratiuncularũ ludibria, quas (pag. 102.) vocat demonstrationes, ventilat:

Non Sophistice: quia corpus & hominem, mortem, & mortalitatem, id est potentiam moriendi non confundit: ipse vno loco ostendat horum confusionem, aut calumniari se confiteatur.

Distinctiones eius, quia nobis vtiles, audiamus, (pag. 102.) *Immortalitas dicitur quatuor modis.* 1. *Impotentia moriendi absoluta, & naturâ: sic solus Deus habet immortalitatem, 1 Tim. 6. 16. 2. Impotentia moriendi ex gratia creationis: sic Angeli, animæ humana. 3. Impotentia moriendi ex gratia doni. at cœlum nouum, corpora beatorum. 4. Potentia non moriendi, seu negatio actus moriendi ex aliqua hypothesi, licet in se sit mortale: sic homo ante peccatum erat immortalis corpore, ex hypothesi vnionis cum anima originaliter perfecta, immortali.*

Distinctio 2. Est natura, & naturalis. Natura est integra, vel corrupta, Natura integra immortalitas quarto modo immortalitatis est naturalis. Corrupta verò moriendi necessitas.

Distinctio 3. Est hominis integri, & corporis in se considerati. Homini non corpori in se

in se immortalitatem naturalem esse dicimus.

Hinc sequitur primo, Hominem in se fuisse mortalem. 2. Immortalem non ex naturæ principiis, sed hypothesi. 3. Si corpori in se, non est naturalis immortalitas illa quarti modi, ergo potentia non moriendi, seu negatio actus moriendi, corpori in se non erat naturalis, sicut erat homini naturalis. At homini erat naturalis ex hypothesi, licet in se esset mortalis, ergo ne corpori quidem erat naturalis ex hypothesi tali, sed aliquo dono supernaturali, & vniuerse immortalitas corpori in se, non erat naturalis, ergo in se mortalitas naturalis, ex modo ratiocinandi, quo vti solet aduersarius, at tam homo in se fuit mortalis, quam corpus.

Doctrinæ aduersarii repugnantia.

Si corpus mortale ergo & homo.

Quæritur etiam de Bellarmino. *Debitam, id est, non gratuitam fuisse, absit vt dicamus: quod aduersarius nobis affingebat, c. 8. Quis prior dedit? Rom* 11.

Resp. *Debitum* appellari à Bellarmino, non quod sit absq; gratia creatoris, sed quod ita ad naturam ex lege Dei re-

Quid debitum naturæ.

quiratur, vt sine illo mutila sit, & manca natura. Sic debitos dicimus homini geminos oculos, non quod sint absque gratia creatoris, sed quia suâ gratiâ ita fecit hominem creator, vt eius integritas sine gratia duorum luminum non constaret. Verba: *Quis prior, &c*? de spiritalibus bonis proprie intelligenda sunt, licet de omnibus vera sint. Nec omne tamen debitum excludunt? vt docet Augustinus serm. 16. de verbis Apostoli. *Debitor factus nobis est Deus, non à nobis accipiendo, sed quod ei placuit nobis promittendo. Aliter enim dicimus homini: Debes, quod dedi tibi, & aliter dicimus Deo: Debes, quia promisisti mihi: Tu nihil dedisti, & tamen exigis, bonitas eius, qui promisit, dabit. Ne in malitiã conuertatur fides, qui enim fallit, malus est. Quid igitur nos Deo possumus dicere? Redde mihi, quia dedi tibi? Quia debemus nos Deo? Quid debemus nos Deo, cum totum, quod sumus, & quod habemus donum ab illo habeamus? Dicente præsertim Apostolo, quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Illo igitur modo tãtum possumus exigere à Deo nostro,*

vt

vt dicamus ei; Redde quod promisisti, quia fecimus, quod iussisti. Et hoc ipsum quod fecimus. tu fecisti, qui nos laborantes iuuisti. Nunc rationes aduersarii excutiamus.

Ratio 1. pag. 102. & 103. *Tota imago Dei homini integro erat naturalis: quia partim essentialis, partim per se adiacens, naturam perficiens: Immortalitas erat pars imaginis Dei. Ergo.*

Resp. Si imaginis nomine, omnia dona intelligit, & naturalia dicit, id est, à natiuitate, vel naturam perficientia; cōcedimus; si ex naturæ principiis orta negamus maiorē. Neq; n. donum Prophetiæ. neq; in bono im̃utabilitas erant ex naturę principiis. 2. Saltē ex distinct. 3. corpori non est naturalis im̃ortalitas; proinde nec homini, nam vt homo sit immortalis, opus corpus etiam esse immortale.

Ratio 2. pag. 103. *Quod est pœna peccati & destructiuum naturæ per se, eius contrarium homini integro fuit naturale: Mors, & mortalitas est pœna peccati, naturam destruens per se. Ergo mortis*

tis

tis contraria mortalitas homini integro naturalis.

Resp. Maior eâdem facilitate negatur, qua astruitur, nec eam probare noster cogitat. Et perspicue falsa est. Nam mortalitas bestiarū, eas destruit, nec tamen mortalitatis contrarium est naturale belluis. 2. Iam ante dixit: Hominem in se mortalem. 3. Eadem ratio etiam corpori probaret naturalem immortalitatem. *Nam quod est pœna peccati, & destructiuum corporis, eius contrarium est corpori naturale, seu ex corporis principijs profluens.* Mors & mortalitas destructiua sunt corporis, &c. Ergo.

Aliquid naturale naturam destruit.

Ratio tertia. *Cui nulla externa, vel interna principia mortem causare potuerunt, is naturaliter fuit immortalis, nempe quanto immortalitatis modo. Homini integro nec externa vis, aut fames; nec internus morbus, aut senium, mortem conciliare potuerunt, vt modo fassus aduersarius. Ergo.*

Resp. Neque hic maiorem probare conatur, quæ absurda est. Nihil enim horum in cœlo, beatis mortem causare

re poteſt, nec tamen illis eſt immortalitas naturalis. 2. Aduerſarius ſupra negabat, inde probari *hominem non potuiſſe mori, ſed tantum non fuiſſe moriturum.* Itaque conſtare ſibi debuit, ac dicere: *Cui nulla vis mortem cauſare potuit, non erat moriturus.* Hoc enim ſequitur, nihil de potentia, poteſt enim Dei prouidentia mortalem naturâ, ne vlla res ei mortem inferat, cuſtodire. Ignis vrere Danielis ſocios non potuit, an illi naturâ ἄσβεστοι; imo ſi natura, non miraculo. Nulla vis calceos Hebræorũ in deſerto atterere potuit, eiſq; vetuſtatem inducere, an illi immortales naturâ? veſtram ò Caluiniane, iuſtitiam, non homo, non Angelus, nulla ſcelera, nulli, quamuis horrendi, lapſus, tollere poſſunt, an ergo illa iuſtitia naturaliter corruptionis expers, & vos naturaliter iuſti?

Contrariũ inde cõſequitur. Cui neceſſaria dormienti Dei, & Angelorum cuſtodia, ſapientia vitandi noxia, cibi ad ſuperandam famem, arbor vitæ natiuo calori & humori reſtituendo, id

naturâ sua non erat immortale: Hæc erat hominis primi conditio, non ergo natura immortalis.

Ratio. *Quatuor modis naturalis Bellarmini, fuit immortalitas homini naturalis.* Resp. Duobus primis concedimus, tertium ipse nondum intelligit. De quarto igitur probat in hunc modum pag. 104.

Immortalitas fiebat ex naturæ integræ principijs: Ergo. Antec. probat. Anima n. immortalis, purissima vitā perennem in corpus sibi unitum transspirabat, diuulsionem à corpore nunquam factura, siue interuentu peccati: quâ diuulsione nunquam posita nunquam ponenda mors: sed ponenda erat immortalitas. Corp⁹ licet in se compositum, materiatum, corruptibile; tamen vi animæ perpetuā humorum, spirituum ἁρμονίαν *erat conseruaturum ab omni morborum intemperie, lue, morte, immune. Omni igitur modo immortalitas dicenda est homini integro naturalis.*

Suo se iudicio dānat. Resp. Si hæc vera sunt, certe negare non debet se mentitū, pag. 60. & 62. cū negauit *de qarto modo controuersiam esse,*

questus

questus Bellar. statum disputationis peruertere. 2. Negatur imortalitas fluxisse ex principiis naturalib. Probat ipse. *Anima transspirabat perennem vitam.* Esto: sed non naturaliter. Pergit, *Ergo nō ponenda mors sine interuentu peccati.* Recte: sed nō naturaliter. *Ergo immortalitas,* omnino; sed ex gratia, non natura. Aliud ex illa rhetoricatione colligi non potest: hoc vero nihil officit Bellar. Aduersarium vero suo iugulare gladio prōptum est. *Cuius una pars est composita, materiata, corruptibilis, totum compositum illud est tale. Hic vna pars est, &c.* Maior probatur. *Quia si vna pars in se est mortalis, necesse est totum compositum esse tale, quemadmodum si vna pars, corpus, moreretur, necesse est totum hominem interire.* Si corpus naturâ corruptibile est, ea ergo res quæ à corpore ita pendet, vt eo corrupto, intereat, etiam est corruptibilis, hominis vita à corpore corruptibili ita pendebat, erat ergo & illa corruptibilis. Omnino enim verum est. *Cuius esse pendet à re, in se corruptibili, id ex natura sua incorrupti-*

ruptibile esse non potest. Non dico animã ideo corruptibilem, sed hominem.

Humores & spiritus corrupti-biles.

Verùm *anima transpirabat perennem vitam in corpus.* Quomodo? an eo modo, quo nunc, vitam transpirabat? an præter vitam, etiam vitæ perennitatem hoc est, donum, quo corpus non corrumperetur? Et an hoc donum corpori in se corruptibili non erat supernaturale? Vnde probat hanc transpirationem hoc vinculum naturaliter perpetuum? Non fuisse indicant sequentia. *Hoc vinculum, hæc perennitas, ex humorum & spirituum perpetua* ἁρμονίᾳ *pendebat,* ἁρμονία *vi animæ conseruabatur.* Rursus ergo quæro. An humores & spiritus, & eorum ἁρμονία naturaliter incorruptibiles? Non dicet: Nam hæc animata non sunt. Deinde, quia erant in illo statu futuræ nutritionis, accretionis, generationis, sensionum mutationes, humorum alii peribant, alii succedebant, corruptibiles ergo illi: non ergo illis naturalis suæ Harmoniæ constantia. Neque naturalis illa immortalitas homini, quæ à non naturali immortalita-

te

te rerum mutabilium depēdebat. Hæ sunt mirificæ illæ apodeixes, quas confirmare non poteſt, nec aliud cōſequitur, quam vt ludibrium debeat Philoſophis. Nunc rationes Bellarmini expendamus.

Auctoritas Auguſtini. l. 6. de gen. ad literam ca. 25.

Aliud eſt, non poſſe mori, aliud poſſe non mori. Secundum quem modum primus homo factus eſt immortalis, quod ei præſtabatur de ligno vitæ, non de conſtitutione naturæ. Et paulo poſt: *Mortalis ergo erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.* & l. 13. de c. d. c. 20. *Qui ſtatus eis de ligno vitæ, quod in medio paradiſi, cum arbore vetita ſimul erat, mirabili Dei gratiâ præſtabatur.* Clariſſime hæc oſtendunt non fuiſſe ex principiis naturæ immortalitatem; 1. Quod non eſt ex conſtitutione naturæ, id non eſt ex principiis naturæ, ſed munere adſcititio. 2. Cui ex alio præſtatur immortalitas, eam non habet ex principiis naturæ, primo homini ex ligno vitæ præſtabatur, non natu-

râ, sed mirabili Dei gratia. 3. Conditione corporis mortalis, beneficio creatoris immortalis, non est naturaliter immortalis, quia conditio illa fuit naturalis, & beneficium immortalitatis supra naturam conditionis mortalis. Hinc apparet Bellarminum, non simpliciter vti auctoritate Augustini, sed verbis illius argumentari, tot enim scripturæ sunt testimonia, & rationes, quot citationes.

Obiectio. *Si secundum hunc modum creatus immortalis: Ergo secundum eum modum immortalitas ei naturalis ex creatione fuit: Creatio enim dedit naturam.* 2. *Cum negat Augustinus eam esse ex constitutione naturæ, distinguit quod eam non habuerit naturâ, vt Deus.* 3. *Quod ex ligno non conuincit, non naturalem, nam vita nobis est naturalis, & tamen cibo, potu sustentanda.* 4. *Mirabilis est gratia, sed naturalis, vt illa qua nos non boues, sed homines creauit, licet simus homines naturâ, pag. 104.*

Resp. Præter hæc repetit, de *posse non mori*, & *non posse mori* cauillum. Verum

Verum supra responsum est. Et sane aliud est; *Non posse mori sine culpâ*, quod affirmat Bellarminus. Aliud: *Omnino non posse mori*, quod negat Augustinus, qui tamen, & cum Bellarmino sentit, vt supra probatum. Occurrit nunc alius etiam locus l. 6. de Gen. c. 22. *Quid ergo necesse est, propter hoc iam cogi, figurate, non proprie paradisum intelligere; Quia non possit mori corpus nisi peccato?*

Ad 1. Nulla consequentia: *Creatus est immortalis, ergo naturalis immortalitas.* Etsi enim creatio dedit naturam, non tamen omnia concreata naturæ, ex principiis naturæ. Creari potuit homo plene beatus, & vt peccare non posset, non tamen ideo hæc naturalia. Creatum corpus, non tamen ideo immortalitas illi in se naturalis. Nam Augustin: lib. 13. c. d. capit. 26. Illud nostro simile dicit, *Quomodo non mortalis, si corpus animale? Animale est & hoc corpus, sicut & primi hominis fuit, sed hoc iam in ipso animalis genere deterius: Habet enim necessitatem moriendi, quod illud non habuit.*

Non omne concreatũ cũ naturâ, fluit ex principiis naturæ.

Porro Enthymema nititur blasphemo illo pronunciato. *Non potuit Deus quicquam supra naturam integram hominis creare.*

Ad 2. Deprauationem loci, Augustini inspectio docebit. De immortalitate creaturarum non Dei agit, & ca. 24. & 25. capite quidem 24. *Renouabimur autem etiam in carne, cum hoc corruptibile induet incorruptionem, vt sit spiritale corpus, in quod nondum mutatus, sed mutandus erat Adam.* Quod breuitatis causa c. 25. Bellarminus omisit id deprauandi occasionem dedit Aduersario. Verba Augustini: *Aliud enim est non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creauit Deus: Aliud est autem, &c.* Augustinus mortalem hominem cum immortalibus naturis creatis confert. Aduersarius, *quod eam non habuerit naturâ vt Deus, solus immortalitatem habens primo modo, seu naturâ.* Tibi teipsũ iudicem do: pronuncia in fallacia ἀνακολουθήτῳ te deprehensum.

Detecta aduersarii impostura.

De tertio postea dicendum, cum explicabitur argumentum Bellarmini.

Hoc

Hoc solum moneo puerile cauillum esse. *Si vita nobis ideo non est supernaturalis, quia cibo eget, nec ergo vitæ perennitas, idcirco est supernaturalis.* Grande discrimen est. Vita naturalis cibo eget, quia naturaliter viuens deficit, Quod autem ita naturâ deficit, vt continua restauratione indigeat, id naturâ suâ non est immortale. Si enim natura sua esset immortale, non natura sua tenderet ad interitum, nec perennitatem mutuaretur aliunde, sed insita sibi stabilitate duraret.

Ad 4. Gratia illa *Mirabilis*, apud Augustinum non erat gratia naturalis. Nondum enim corpora illorum erãt, vt idẽ docet, *spiritalia, sed animalia, terrena. Quæ licet senio non veterascerent, vt necessitate perducerentur ad mortem, (qui status eis de ligno vitæ, quod in medio paradisi, cum arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia præstabatur) tamen & alios sumebant cibos præter vnam arborem, quæ fuerat interdicta.* Et: *Alebantur ergo aliis quæ sumebant, ne animalia corpora molestiæ aliquid esuriendo, ac sitiendo sentirent.* Cibus parentum primorum in paradiso.

Itaq; corpora senio veterascerent, molestiam esuriendo, ac sitiendo sentirét, nisi alerentur, tendebant ergo ad interitũ, gratia ergo qua ita restaurabantur ab arbore vitæ, non erat naturalis, quia defectio, restaurationi contraria, erat naturalis. Quod argumentum ex principiis aduersarii firmum est. 2. Non loquitur de dono creationis Augustin. Hanc enim gratiam confert *cum illâ quâ corpus efficietur in gloria spiritale, cum spiritui summa, ac mirabili facilitate subdetur.*

Alterum Augustini testimonium est, l. 1. de peccatorũ meritis & remiss. c. 3. non l. 13 de c. d. c. 20. vt habet citatio aduersarii. Verba Augustini.

Immortalitas protoplasti talis, qualis incorruptio vestium Israeliticarũ in deserto.

Si enim Deus Israelitarum vestimentis, & calceamẽtis præstitit, quod per tot annos non sunt attrita, quid mirum, si obedienti homini eiusdẽ potentia præstaretur, vt animale, ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum, quo sine defectu esset annosum, tempore quo Deus vellet, à mortalitate ad immortalitatẽ, sine media morte venturus? sicut enim hæc ipsa caro, quã nunc

nunc habemus, non ideo est vulnerabilis, quia non est necesse, vt vulneretur. Sic illa, non ideo non fuit mortalis, quia non erat necesse vt moreretur. Talem puto habitudinẽ adhuc in corpore animali, atq; mortali, etiam illis, qui sine morte hinc translati sunt, fuisse concessam. Neq; enim Enoch, & Elias per tam longam ætatem senectute marcuerunt.

Plures continent hæc verba rationes. Corpora integri status immortalia, vt vestes Israelitarũ in deserto, illæ non naturaliter. 2. Vt Enoch, & Elias, & illi mortales sunt. 3. ait, transferenda fuisse à mortalitate ad immortalitatẽ. 4. Vt caro nostra naturâ est vulnerabilis, ita illa corpora mortalia.

Obiect. pag. 105. *Pro nobis est: Probat enim fuisse naturalẽ à minori. Si Deus potuit incorruptibilitatẽ præstare calceamẽtis inanimis: Multo magis potuit immortalitatẽ naturalẽ præstare homini animato, vi animæ, & arboris vitæ. 2. Comparatio Henoch, & Heliæ nihil probat, quia est opinio incerta. 3. Quod deniq; dicit: Corpus fuisse mortale potẽtia, licet nunquã moreretur:*

Sicut caro nostra est vulnerabilis, licet nunquam vulneretur: pro nobis facit contra aduersarium. Docet enim, immortalitatem hominis, fuisse potentiam non moriendi, quam nos dicimus, non impotentiam moriendi, quam Bellarminus falsò statuit.

Corpus Adami mortale.

Resp. Nulla talis in Augustino comparatio. Non dicit, *potuit præstare naturalem homini immortalitatem. Sed potuit calceis præstare, ergo & homini habenti animale, ac mortale corpus, &c.* Deinde *transferendum à mortalitate ad immortalitatem.* Deniq;: homo erat mortalis, vt caro nostra vulnerabilis, ad quod nihil respondet, sed artificioso mendacio alio torquet, cum dicit Bellarminum statuere: *Impotentiam moriendi*, quod luculentum est mendacium, Cũ toties ille statuit *potentiam moriendi, Impotentiã moriendi nisi peccasset.* Tertio. Mens Augustini ibidem c. 2. clara est. *Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus grauati, in quo nolum⁹ exspoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vitâ.* Proinde si non peccasset Adã, non erat exspo-

ſpoliandus corpore, ſed ſuperueſtiẽdus immortalitate, & incorruptione, vt abſorberetur mortale à vitâ, id eſt, ab animali in ſpiritale tranſiret. Si erat ſuperueſtiendus immortalitate, ſi abſorbendum mortale à vitâ, non ergo iam immortalis naturâ ſuâ, ſed mortalis. Quarto. Quia impoſturam tibi tuam etiam notam eſſe cupio: Ecce aliam, ex eiuſdem libri cap. 5. ſententiam. *Namq; antequã mutaretur in illam incorruptionẽ quæ in ſanctorum reſurrectione promittitur, poterat eſſe mortale, quamuis non moriturum, ſicut hoc noſtrum eſſe poteſt, vt ita dicam, ægrotabile, quamuis non ægrotaturum, cuius enim caro eſt, quæ non ægrotare poſſit? quamuis aliquo caſu priuſquam ægrotet, occũbat. ſic & illud corpus iam erat mortale, quam mortalitatẽ fuerat abſumptura mutatio in æternam incorruptionem, ſi in homine iuſtitia, id eſt, obedientia, permaneret. Sed ipſum mortale non eſt factum mortuum, niſi propter peccatum. Quia vero in reſurrectione futura mutatio, non ſolum nullam mortem, quæ facta eſt propter peccatum, ſed nec mortalitatem habitura*

 eſt,

est, quam corpus animale habuit ante peccatum, nã ait: qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, viuificabit, & mortua corpora vestra. Vince conscientiam, & dic August. pro te facere: dicere immortalitatem primo homini naturalem. Aliud est etiã, quo impium dogma tuũ: *Supra naturam integram nihil habere potuit homo, nisi angelicum vel diuinum, per quod homo non homo fuisset, sed vel Angelus, vel Deus* (*pag. 20.*) falsum esse condiscas. Poterat in illo statu Adam *superuestiri immortalitate, transire in corpus spiritale, mortale absorberi à vita.* Hæc autẽ statui integro erant supernaturalia, insanis, si hæc etiam ex naturæ principiis deducis. An ergo, si id Deus fecisset, quod poterat, Adam fieret non Adam? fieret Angelus vel Deus? Si naturã homo sic exueret, vt fieret nõ homo, non ergo Deus eum superuestire poterat, nisi spoliatum. Quia illud ὑπερένδυμα naturæ integræ non poterat esse supernaturale, nisi fieret aliquid, quod facere Deus non posset.

De Enoch, & Elia, cum quia huius loci

oci nõ eſt, tum quia de illis exſtant nõ modo patrum, ſed etiam Bellar. & Riberæ diſputationes, non dicam. Hoc ſolo contentus: Ex ea comparatione euidenter concludi; Auguſtini ſententiâ primo homini immortalitatem nõ fuiſſe naturalem, ideoq; illius teſtimonium à te deprauatum.

Teſtimoniũ Cyrilli l. 1. in Ioan. ca. 15. *Rationale animal homo à* Deo *productus, quia naturâ ſua incorruptibilis, atque perpetuus eſſe non poterat, ſpiritu vitæ ſignatus, immortalitatis bonum ſuper naturam ſuam cõſecutus eſt. Non ergo immortalitatis bonum illi naturale.*

Obiectio. *Locus fœde corruptus eſt: ita enim habet: Rationalis igitur homo ex anima, & mortali hac carne, compoſitus, à Deo deſſe productus, quoniam naturâ incorruptibilis, atq; perpetua eſſe non potuit, (ſoli enim Deo ſubſtantialiter hoc ineſt) ſpiritu vitæ ſignatus, immortalitatis bonum ſuper naturam conſtitutus eſt. Itaq; Cyrillus immortalitatem non homini integro, ſed carni negat. Nec omnem immortalitatem, ſed eam quæ ſoli Deo ſubſtantialiter ineſt.*

Vocat

Vocat autem bonum supra naturam, nempe carnis, non supra naturam hominis integri, vel certe supra naturam hominis, & nunc se habet: Quia dixerat: Ex anima, & mortali hac carne compositus.

Mala fide Cyrillum exponit.

Resp. Non ideo locum corrumpi, si non omnia ad institutum nihil facientia scribantur, sed si illa, in quibus argumentationis, aut solutionis vis consistit negligantur, alioqui nec parenthesis illa in omnibus legitur. Quin aduersarius pleraque non integra citat, & quibus præcipue vrgetur, omittit, Imo nec hunc quidem integre. Nam verba Cyrilli: *Rationale igitur animal, homo, ex anima, & mortali hac carne compositus est, sed à Deo ad esse productus.* 2. Cyrillus habet, *spiritu vitæ signatus habitudine ad eum, &c.* 3. pro *consecutus*, posuit, *constitutus*.

Resp. 2. Legendum esse *Perpetuus*, vt ex correctioribus legit Bellarminus, non *perpetua*. Nam homo qui perpetuus naturâ esse non poterat *signatus* dicitur, *& bonū immortalitatis cōsecutus*. 2. Aduersarius se ipse implicat. Illam immor-

immortalitatem negari ait, quæ ſoli Deo ſubſtantialiter ineſt, at hæc non ſoli carni negantur, vt ille dicit, ſed toti homini. 3. Omnino falſum. Quod ait: *Vocat autem bonum ſupra naturam, nempe carnis: non ſupra naturam integri hominis.* Periculoſe ergo locutus vir ſanctiſſimus, & doctiſſimus, cum increatam immortalitatem, non ſupra naturam hominis integri, ſed carnis tantum aſſerit. Cyrillus (inquit) immortalitatem non homini integro, ſed carni negat, nec omnem immortalitatem, ſed eam quæ ſoli Deo ſubſtantialiter ineſt. Itane vero? Non ergo homini integro negat eam immortalitatem, quæ ſoli Deo ſubſtantialiter ineſt? Homo ergo integer, immortalis eſt, eâ immortalitate quæ Deo ſubſtantialiter ineſt? 4. Falſum & illud: *Vel certe ſupra naturam hominis vt nũc eſt.* Nam *rationale animal homo ad eſſe productus, eſt* ille primus homo, idem ille *vita ſpiritu ſignatus, conſecutus immortalitatis bonum.* Ad eum enim pertinere hæc indicant verba immediate ſequentia. *Sufflauit enim* (inquit)

humido illius corporis poterat deperdi, & ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subuenire. Scotus vero multo etiam manifestius Caluinianis aduersatur. libr. 2. d. 19. ad 1. *Habuit, inquit, & habuisset partes fluxiles, & deperdibiles. 2. Habuisse potentiam vt corrumperentur. 3. Transferendos fuisse ad statum gloriæ, antequam virtus alicuius esset in tantum debilitata, quod necessario adesset corruptio. 4. Stante innocentiâ particulari potuisse corruptionem contingere & mortem per subtractionem, vt in paruulo, si alimenta negarentur.* 5. Concedit negatiuam deperditionem.

Eadem Bonauentura, cæteri, oratio igitur, qua hæc negantur dici à Theologis scholasticis, nude, & inuerecunde mendax est.

Rationes Bellarm. Ratio Bellarmini 1. *Homo ex contrarijs humoribus, & elementis constat, ergo est ei mortalitas naturalis, immortalitas supra naturam.*

Ratio 2. *Generabilis erat, corruptibilis ergo.*

Ratio 3. *Cibo egebat.* Genes. 1. *naturâ ergo*

ergo corruptibilis. Effugium aduersarii. *Corruptibilis erat, vt caro nostra vulnerabilis, licet nunquam corrumperetur, sed tamen potentia non moriendi erat ex vi animæ naturalis.*

Respon. Rationes illæ Scoti sunt, & aliorum, quos sentire secum fingit Aduersarius. At vis animæ non facit vllo modo immortalitatem corpori naturalem, nam cum ex se esset corruptibile, imo partes eius aliquæ semper interirent, vis indita naturali infirmitati repugnaret, non minus, quam vis diuina quæ corpora vestesq; trium puerorum ab odore ignis seruabat intacta. 2. Carni nostræ non est potentia non moriendi vlla vi naturalis, nec ergo homini.

Sequuntur in Bellarmino obiectiones tres: de quibus aduersarius. *Tres obiectiones obscure mouet, frigide soluit.* (pag. 107.) Aduersarium igitur clare feruideq; disputantem audiamus.

Prima est ab auctoritate Augustini l.13. de C.D. c.15. *Qui dicit mortem corporis non lege naturæ, sed merito peccati inflictam esse.* T Resp.

humido illius corporis poterat deperdi, & ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri. Scotus vero multo etiam manifestius Caluinianis aduersatur. libr. 2. d. 19. ad 1. *Habuit, inquit, & habuisset partes fluxiles, & deperdibiles. 2. Habuisse potentiam vt corrumperentur. 3. Transferendos fuisse ad statum gloriæ, antequam virtus alicuius esset in tantum debilitata, quod necessario adesset corruptio. 4. Stante innocentiâ particulari potuisse corruptionem contingere & mortem per subtractionem, vt in paruulo, si alimenta negarentur.* 5. Concedit negatiuam deperditionem.

Eadem Bonauentura, cæteri, oratio igitur, qua hæc negantur dici à Theologis scholasticis, nude, & inuerecunde mendax est.

Rationes Bellarm.

Ratio Bellarmini 1. *Homo ex contrarijs humoribus, & elementis constat, ergo est ei mortalitas naturalis, immortalitas supra naturam.*

Ratio 2. *Generabilis erat, corruptibilis ergo.*

Ratio 3. *Cibo egebat*, Genes. 1. *naturâ ergo*

ergo corruptibilis. Effugium aduersarii. *Corruptibilis erat, vt caro nostra vulnerabilis, licet nunquam corrumperetur, sed tamen potentia non moriendi erat ex vi animæ naturalis.*

Respon. Rationes illæ Scoti sunt, & aliorum, quos sentire secum fingit Aduersarius. At vis animæ non facit vllo modo immortalitatem corpori naturalem, nam cum ex se esset corruptibile, imo partes eius aliquæ semper interirent, vis indita naturali infirmitati repugnaret, non minus, quam vis diuina quæ corpora vestesq; trium puerorum ab odore ignis seruabat intacta. 2. Carni nostræ non est potentia non moriendi vlla vi naturalis, nec ergo homini.

Sequuntur in Bellarmino obiectiones tres: de quibus aduersarius. *Tres obiectiones obscure mouet, frigide soluit.* (pag. 107.) Aduersarium igitur clare feruideq; disputantem audiamus.

Prima est ab auctoritate Augustini l.13. de C.D. c.15. *Qui dicit mortem corporis non lege naturæ, sed merito peccati inflictam esse.* T Resp.

humido illius corporis poterat deperdi, & ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri. Scotus vero multo etiam manifestius Caluinianis aduersatur. libr. 2. d. 19. ad 1. *Habuit, inquit, & habuisset partes fluxiles, & deperdibiles. 2. Habuisse potentiam vt corrumperentur. 3. Transferendos fuisse ad statum gloriæ, antequam virtus aliculus esset in tantum debilitata, quod necessario adesset corruptio. 4. Stante innocentiâ particulari potuisse corruptionem contingere & mortem per subtractionem, vt in paruulo, si alimenta negarentur.* 5. Concedit negatiuam deperditionem.

Eadem Bonauentura, cæteri, oratio igitur, qua hæc negantur dici à Theologis scholasticis, nude, & inuerecunde mendax est.

Rationes Bellarm.

Ratio Bellarmini 1. *Homo ex contrarijs humoribus, & elementis constat, ergo est ei mortalitas naturalis, immortalitas supra naturam.*

Ratio 2. *Generabilis erat, corruptibilis ergo.*

Ratio 3. *Cibo egebat*, Genes. 1. *naturâ*

ergo

ergo corruptibilis. Effugium aduersarii. *Corruptibilis erat, vt caro nostra vulnerabilis, licet nunquam corrumperetur, sed tamen potentia non moriendi erat ex vi animæ naturalis.*

Respon. Rationes illæ Scoti sunt, & aliorum, quos sentire secum fingit Aduersarius. At vis animæ non facit vllo modo immortalitatem corpori naturalem, nam cum ex se esset corruptibile, imo partes eius aliquæ semper interirent, vis indita naturali infirmitati repugnaret, non minus, quam vis diuina quæ corpora vestesq; trium puerorum ab odore ignis seruabat intacta. 2. Carni nostræ non est potentia non moriendi vlla vi naturalis, nec ergo homini.

Sequuntur in Bellarmino obiectiones tres: de quibus aduersarius. *Tres obiectiones obscure mouet, frigide soluit.* (pag. 107.) Aduersarium igitur clare feruideq; disputantem audiamus.

Prima est ab auctoritate Augustini l.13. de C.D. c.15. *Qui dicit mortem corporis non lege naturæ, sed merito peccati inflictam esse.*

humido illius corporis poterat deperdi, & ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri. Scotus vero multo etiam manifestius Caluinianis aduersatur. libr. 2. d. 19. ad 1. *Habuit, inquit, & habuisset partes fluxiles, & deperdibiles. 2. Habuisse potentiam vt corrumperentur. 3. Transferendos fuisse ad statum gloriæ, antequam virtus alicuius esset in tantum debilitata, quod necessario adesset corruptio. 4. Stante innocentiâ particulari potuisse corruptionem contingere & mortem per subtractionem, vt in paruulo, si alimenta negarentur.* 5. Concedit negatiuam deperditionem.

Eadem Bonauentura, cæteri, oratio igitur, qua hæc negantur dici à Theologis scholasticis, nude, & inuerecunde mendax est.

Rationes Bellarm.

Ratio Bellarmini 1. *Homo ex contrarijs humoribus, & elementis constat, ergo est ei mortalitas naturalis, immortalitas supra naturam.*

Ratio 2. *Generabilis erat, corruptibilis ergo.*

Ratio 3. *Cibo egebat*, Genes. 1. *naturâ ergo*

ergo corruptibilis. Effugium aduersarii. *Corruptibilis erat, vt caro nostra vulnerabilis, licet nunquam corrumperetur, sed tamen potentia non moriendi erat ex vi animæ naturalis.*

Respon. Rationes illæ Scoti sunt, & aliorum, quos sentire secum fingit Aduersarius. At vis animæ non facit vllo modo immortalitatem corpori naturalem, nam cum ex se esset corruptibile, imo partes eius aliquæ semper interirent, vis indita naturali infirmitati repugnaret, non minus, quam vis diuina quæ corpora vestesq; trium puerorum ab odore ignis seruabat intacta. 2. Carni nostræ non est potentia non moriendi vlla vi naturalis, nec ergo homini.

Sequuntur in Bellarmino obiectiones tres: de quibus aduersarius. *Tres obiectiones obscure mouet, frigide soluit.* (pag. 107.) Aduersarium igitur clare feruideq; disputantem audiamus.

Prima est ab auctoritate Augustini l.13. de C.D.c.15. *Qui dicit mortem corporis non lege naturæ, sed merito peccati inflictam esse.*

Vocat autem bonum supra naturam, nempe carnis, non supra naturam hominis integri, vel certe supra naturam hominis, & nunc se habet: Quia dixerat: Ex anima, & mortali hac carne compositus.

Mala fide Cyrillum exponit.

Resp. Non ideo locum corrumpi, si non omnia ad institutum nihil facientia scribantur, sed si illa, in quibus argumentationis, aut solutionis vis consistit negligantur, alioqui nec parenthesis illa in omnibus legitur. Quin aduersarius pleraque non integra citat, & quibus præcipue vrgetur, omittit. Imo nec hunc quidem integre. Nam verba Cyrilli: *Rationale igitur animal, homo, ex anima, & mortali hac carne compositus est, sed à Deo ad esse productus.* 2. Cyrillus habet, *spiritu vitæ signatus habitudine ad eum, &c.* 3. pro *consecutus*, posuit, *constitutus*.

Resp. 2. Legendum esse *Perpetuus*, vt ex correctioribus legit Bellarminus, non *perpetua*. Nam homo qui perpetuus naturâ esse non poterat *signatus* dicitur, *& bonũ immortalitatis cõsecutus*. 2. Aduersarius se ipse implicat. Illam immor-

immortalitatem negari ait, quæ ſoli Deo ſubſtantialiter ineſt, at hæc non ſoli carni negantur, vt ille dicit, ſed toti homini. 3. Omnino falſum. Quod ait: *Vocat autem bonum ſupra naturam, nempe carnis: non ſupra naturam integri hominis.* Periculoſe ergo locutus vir ſanctiſſimus, & doctiſſimus, cùm increatam immortalitatem, non ſupra naturam hominis integri, ſed carnis tantum aſſerit. Cyrillus (inquit) immortalitatem non homini integro, ſed carni negat, nec omnem immortalitatem, ſed eam quæ ſoli Deo ſubſtantialiter ineſt. Itane vero? Non ergo homini integro negat eam immortalitatem, quæ ſoli Deo ſubſtantialiter ineſt? Homo ergo integer, immortalis eſt, eâ immortalitate quæ Deo ſubſtantialiter ineſt? 4. Falſum & illud: *Vel certe ſupra naturam hominis vt nũc eſt.* Nam *rationale animal homo ad eſſe productus*, *eſt* ille primus homo, idem ille *vita ſpiritu ſignatus, conſecutus immortalitatis bonum.* Ad eum enim pertinere hæc indicant verba immediate ſequentia. *Sufflauit enim* (inquit)

quit) *in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, verum quoniam propter transgressionem terram se esse, & in terram reuersurum iure audiuit, gratia denudatus, spiraculum vitæ, secundum carnem amisit.* Hæc de primo homine dicuntur, is ergo fuit de quo dicitur, *immortalitatis bonum fuisse supra naturam eius.* Falsum ergo illud: Vel certe supra naturam hominis vt nunc est.

Deniq; vt omnia illi concedamus, suam tamen ipse euertit sententiam. *Sit enim immortalitas supra naturam carnis, Caro ergo Adami habuit donum sibi supernaturale, impedimentum corruptionis sibi naturalis. Caro verò illa erat integra, facta ergo vel Angelus, vel Deus.* Quod vero carni supra naturam id homini supra naturam, sic non vri, carni Hebræorum erat super naturam. Robur corpori Sampsonis supra naturam, ratione igitur partis toti homini dicetur supernaturalis.

Ob: *Theologi scholastici, & magister cum Augustino faciunt. Ergo nobiscum libro*

secundo,

secundo, distinctione decima nona.

Impudens audacia. Nam §. *Solet hic: Mortalis de conditione corporis animalis, immortalis, beneficio conditoris.* Summa aduersarii impudentia.

Eodem modo D. Thom. 1. part. q. 97. artic. 3. 4.

Scotus distinct. decima nona. libr. 2. *Totam immortalitatem reÿcit in prouidentiam diuinam.*

Verba D. Thom. *Non enim corpus eius erat indissolubile, per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem, sed inerat animæ vis quadã supernaturaliter diuinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præseruare.* Et ibidem articulo primo. *Hominem corruptibilem per naturam fuisse.* Respon. ad primum. Et respond. ad tertium. *Quod illa vis præseruandi corpus à corruptione, non erat animæ humanæ naturalis, sed per donum gratiæ.* Et artic. tertio ad 1. *Dictum est enim supra quod immortalitas primi status erat secundũ vim quandã supernaturalem in anima residentem, non autem per aliquam dispositionem corpori inhærentem. Vnde per actionem caloris aliquid de*

humida

humido illius corporis poterat deperdi, & ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri. Scotus vero multo etiam manifestius Caluinianis aduersatur. libr. 2. d. 19. ad 1. *Habuit, inquit, & habuisset partes fluxiles, & deperdibiles. 2. Habuisse potentiam vt corrumperentur. 3. Transferendos fuisse ad statum gloriæ, antequam virtus alicuius esset in tantum debilitata, quod necessario adesset corruptio. 4. Stante innocentiâ particulari potuisse corruptionem contingere & mortem per subtractionem, vt in paruulo, si alimenta negarentur.* 5. Concedit negatiuam deperditionem.

Eadem Bonauentura, cæteri, oratio igitur, qua hæc negantur dici à Theologis scholasticis, nude, & inuerecunde mendax est.

Rationes Bellarm.

Ratio Bellarmini 1. *Homo ex contrariys humoribus, & elementis constat, ergo est ei mortalitas naturalis, immortalitas supra naturam.*

Ratio 2. *Generabilis erat, corruptibilis ergo.*

Ratio 3. *Cibo egebat.* Genes. 1. *naturâ ergo*

ergo corruptibilis. Effugium aduersarii. *Corruptibilis erat, vt caro nostra vulnerabilis, licet nunquam corrumperetur, sed tamen potentia non moriendi erat ex vi animæ naturalis.*

Respon. Rationes illæ Scoti sunt, & aliorum, quos sentire secum fingit Aduersarius. At vis animæ non facit vllo modo immortalitatem corpori naturalem, nam cum ex se esset corruptibile, imo partes eius aliquæ semper interirent, vis indita naturali infirmitati repugnaret, non minus, quam vis diuina quæ corpora vestesq; trium puerorum ab odore ignis seruabat intacta. 2. Carni nostræ non est potentia non moriendi vlla vi naturalis, nec ergo homini.

Sequuntur in Bellarmino obiectiones tres: de quibus aduersarius. *Tres obiectiones obscure mouet, frigide soluit.* (pag. 107.) Aduersarium igitur clare feruideq; disputantem audiamus.

Prima est ab auctoritate Augustini l.13. de C.D. c.15. *Qui dicit mortem corporis non lege naturæ, sed merito peccati inflictam esse.*

T Resp.

Resp. Bellar. *Moriendi necessitatem, quæ ex natura hominis consecutura fuerat, per Dei gratiam sublatam, & in pœnam peccati commutatam fuisse: ideo quæ nunc regnat, non lege naturæ, sed merito peccati inflictam esse.*

Obiicit Aduersarius: *Mirum commentum esse, sed falsum. Augustinus enim non dicit mortem, vel moriendi necessitatem lege naturæ nobis incumbere, id est ex naturâ hominis secuturam fuisse, sed ex solius peccati merito inflictam esse.*

Resp. Non est mirum, cum Augustini sententiâ, *naturâ mortalis, gratiâ immortalis, delicto mortuus sit homo*. Deinde recte dicit non lege naturæ, quia legem naturæ sustulit gratia. Eâ perditâ, mors secuta merito solius delicti, efficientiâ naturæ sibi relictæ: quamuis dictio *solius*, in Augustino non est.

Obiectio 2. Conc. Arausic. 2. ca. 2. dicit, *Eos iniuriam Deo dare, qui dicunt homines morituros fuisse, quamuis non peccassent.* *Hinc argumentatur ille* pag. 107. *Aut vita, aut mors est homini naturalis,*

lis. Non mors: quia sic daretur Deo iniustitia, si mortem peccati pœnam, infligeret naturæ sine peccato. Ergo vita & immortalitas.

Respon. In puris naturalibus homo potuisset sine iniustitia Dei, mori, nunc vero quia mors facta est pœna, moriendi necessitate sublatâ, & redeunte per peccatum, sine iniustitiâ hominem mori non posse.

Obiicit Mors nulla futura erat ante peccatum, 1. *Nam homo mori non potuisset nisi peccasset. Ergo falsum, quod ante peccatum necessitas moriendi in natura fuerit: post peccatum in pœnam culpæ conuersa sit. 2. Quomodo enim conuerteretur in aliud, quod prorsus non fuit? 3. Quin iniustitia vix magis vacaret Deus, si legem naturæ, in pœnam culpæ, quam si ipsam naturam in culpam conuertisset.*

Respo. Risu futilitas, execratione digna blasphemia. Verum enim antecedens, falsa consequentia. Non erat vita priuata pœna Saulis ante regnum, at post inaugurationem, regno deiectum, priuatū viuere, grauis-

ſima pœna. Naſcituro nepoti regnum legat auus, ingratum iam dato deiicit, conditio priuati poterat eſſe naturalis, ſi ſine adoptione naſceretur. Naturaliter enim naſceretur non adoptatus, illa ergo conditio, quæ ſine culpâ eſſe poterat, in qua vita ſine regno pœna non eſſet, in pœnam regni priuatione mutatur. Conuertitur in pœnam non quod fuit, nunquam adoptione regia caruit ille, ſed quod ex conditione futurum, ſi adoptione in regnum adſcitus non eſſet. Itaq; quod eſſe poterat, & naturaliter fieret, niſi obſtaret gratia, iam factum eſt pœna peccati. Priuilegio gratiæ, Adamus in ſe mortalis, mortis neceſſitate eſt exemptus, id ni fieret ſine culpâ moriturus, eâ perpetratâ in miſeram ſortem reuoluitur, vt non modo moriatur, ſed etiam ſuo merito moriatur.

Lex naturæ verti poteſt in pœnam.

Quæ vero iniuſtitia ſi Deus legem naturæ vertat in pœnam? Lex naturæ onerosa, eius abolitio commoda eſſe poteſt: Si Deus eam ob culpam non antiquet, alias abrogaturus, iam hoc ipſo

ipso vertitur in pœnam. • Lex naturæ erat, vt Ochozias allisus graui casu moreretur, Deus vertit eam in pœnam consulentis idolum, liberaturus regem si à se auxilium postulasset. 4. Reg. 1. 4. Lepra Naaman iam erat lex naturæ sic corruptæ, si non lauisset in Iordane, iam fuisset pœna contempti prophetæ, 4. Reg. 5.

Causa iustæ mutationis, quia nulla creatura summe est bona, suos ergo defectus habet, quia creatura: & quia mala quædam sunt, liberari potest ab illis bonitate creatoris. Quia vero & ipsæ, indignas se beneficio liberatoris reddere solent, possunt non liberari, vt quod fuerat natura, iam sit pœna. Malum pœnæ, quia in se malum non est, & quia in eo bonum Iustitiæ cernitur sine culpa Deus operari potest. Non ergo *vix magis vacaret culpâ, quã si Naturam ipsam in culpam conuerteret.* Quale enim hoc portentum: *Naturam in culpam conuertere?* Flaccianum scilicet: Illi anima οὐσιωδῶς, essentialiter est peccatum originale; proinde natura

Naturam in culpam conuerti Flaccianũ.

tura in culpam commutata. Sic aduersario in 7. Rom. *Ipsa potentia concupiscendi liberum ipsum arbitrium malum* est proprie peccatum, ante verò natura erat, non peccatum. Et probat. *Si fructus malus, ergo & arbor mala.* At fructus malus, primum Adæ peccatum, mala ergo & arbor. Deus arborem illam fecit, fecit igitur malum. Hæc ex deprauatione scripturæ Pareanâ consequuntur.

Obiect. 3. *Animæ immortali congruit corpus immortale, at anima immortalis: ergo & corpus immortale.*

Resp. Neganda maior. *Non immortale corpus, sed Organicum, ad functiones animales obeundas aptũ animæ conuenit.*

Obiicit. *Hoc non obstante, manet, quod diximus, corpus organicum corruptibile potentia, vi animæ, & ligni vita incorruptibile actu mansurum fuisse.*

Resp. Esse incorruptibile actu mansurum, nec de eo controuertitur. Nõ enim moriturus homo, nisi peccasset. Vi animæ tale est, non naturali, sed ea, quæ & supra animæ, & corporis natura-

naturalis dotes. Vere, sed suo more Scotus, l. 2. d. 19. Propter peccatum fuit illa potentia ducta in actum: si tamen non peccassent, nihilominus habuissent eiusmodi potentiam moriendi.

CAPVT X.

Paradisum terrestrem, corporalemq; fuisse, in quo Adam, in statu innocentiæ habitauit.

1. *Falsa criminatio Aduersarii manifestatur.*
2. *Harum vtilitas quæstionum.*
3. *Modestia Aduersarii.*
4. *Corporeus Paradisus.*
5. *Quid Eden?*
6. *Fraus Gebennensium.*
7. *Quid* מקדם *Hebreis?*

Reliqua libri parte de *Tertia gratia*, quæ loci fuit, disputat: qua in tractatione, vt multa sunt iucunda scitu, ad intelligentiam scripturarum, pietatemq; perutilia, ita nonnulla dubia, & de quibus, seruata caritate, & pace in vtramq; partẽ est liberrima sentiendi facultas, septẽ vero Bellar. quæstiones tractat.

1. *Fueritne locus verus, & corporalis paradisus? c. 10. 11.*
2. *Vbi fuerit? c. 12. 13.*
3. *An adhuc superſit? c. 14.*
4. *An in paradiſo animalia rationis expertia fuerint habitatura? c. 15.*
5. *Quid Cherubim? c. 16.*
6. *Cur dicta arbor ſcientiæ boni & mali? c. 17.*
7. *Quod lignum vitæ, quæq; eius vis? cap. 1. 19.*

Aduerſarius: pag. 109. *Tota ſequens diſputatio magis curioſa eſt, quam neceſſaria: 2. Multa falſa pro veris. 3. Dubia pro certis aſſerens: de quibus Auguſtino auctore, præſtat dubitare quam litigare. 4. Adde quod Bellarminus, in ea non hæreticos huius temporis, (vti titulus controuerſiarum habet) refutat, ſed patres flagellat, gregales ſuos ſophiſtas diuexat. Itaq; hæc omnia ſicco pede tranſilire, & ad alia feſtinare licebat. Ordinis tamen cauſa paucis diſcutiamus.*

Falſa aduerſarii criminatio.

Reſp. Iniquiſſima, & quæ in ipſum retorqueri poſſit aduerſarium accuſatio. Nam 1. quæſtio, 5. 6. 7. vt ipſe

ipse fatetur vtiles sunt, & *textuales*, non ergo curiosa est, aut nō necessaria earū tractatio. 2. 1. quæst. necesseria ob multorum allegorias. *Allegoriæ* (inquit Caluinus com. in Gen. *Origenis & similium prorsus repudiandæ sunt : quas pessima astutia, in Ecclesiam inuehere conatus est satan, vt ambigua esset scripturæ doctrina, nec quicquam certi vel firmi haberet.* Vel maxime ergo necessaria hæc quæstio, teste Caluino, ne allegoriæ periculosè admittantur, obuiam eatur pessimæ satanæ astutiæ, ne sit ambigua, sed vt sibi, ita & nobis constet certitudo scripturæ.

At neque secunda quæstio curiosa. Illa enim causa allegoriarum simulque tertia. *Fieri quidem potest, vt quidam necessitate coacti* (inquit Caluinus) *ad sensum allegoricum confugerint, quia nusquam in mundo reperiebant locum, qualis describitur à Mose, sed plurimos videmus stultâ argutiarum affectatione nimium fuisse allegorijs deditos. 2. Fuerunt qui hortum illum per omnes plagas extenderent.* Vtilis ergo, imo necessaria etiam ha-

rum quæstionum explanatio, & Caluinum aduersarius sub nomine Bellarmini traducit.

Harum quæstionum vtilitas.

De sola ergo quarta, *an animalia habitatura fuerint in paradiso?* Cauillũ valere posset. Verum hæc quoque ad textum pertinet; non enim recte id negant multi, cum iam animalia essent in paradiso. Imo ruinæ instrumentum fuerit serpens. Serpentem allegorice multi, sed inepte interpretantur, multi fanatici ideo totam historiam fabulosam esse criminãtur. Ne igitur hęc quidem disquisitio superflua. 2. Tractantur omnia illa magna cura à patribus, à doctoribus, nõ modo contra nimium allegorizantium argutias: verũ Manichæos, Gnosticos, Gentiles, Politicos, Libertinos, Fanaticos nostri tẽporis, obstrepũt illi. *Vbi paradisus? vbi idem Tigris & Euphratis initium? Quando loquebantur animalia? An in hortis illis & apri? Quis nunc fugauit Cherubim? Quale illud spectrũ? An lignum illud lotos? An ei contrarium? Quod lignum vitæ? Cur non prospectum de Ambrosiâ inter immortales*

tales epulas? an forte arbos illa ἀμβροσιοφόρος; His sannis concutiebant simpliciũ Christianorum fidem, hodieq; concutiunt irrisores. Quo igitur iure Bellar. diuinorum eloquiorum maiestatẽ explanatione sua asserentẽ, fidelium animos instruentnm, aduersarios redarguentem, curiositatis accusat? 3. De iisdem quęstionib. Caluin. Iunii, aliorum extant cōmentarii; Extat & superba de suis gloriosi senis nostri iactatio. *Nihil horũ* (inquit pag. 110) *est quod nō perspicue quantũ cognosci de his potest, commentario nostro in Genes. explicatũ reperiatur.* Tantum ille docuit, & quidem perspicue, vt nemo amplius scire de his possit. *Cedite Romani scriptores, cedite Graij. Nemo est in totâ stultior Illyride. Tã falsa Parei, quã vera mundus adoret.* Sine impetrẽ à te, vt Bellar. quoq;, & Pererio, quorũ tu scrinia compilasti, de illis liceat disceptare. Modestia aduersarii.

Ad 2. & 3. An falsa pro veris asserat, & dubia pro certis decursu disputationis inclarescet.

Ad 4. Falsum etiam *non peti his disputationibus huius temporis hæreticos. Nam*

primo

primo omnes qui motis ex his locis, difficultatibus, fidem simplicium peruertere satagunt, instruuntur, refelluntur, talibus autem nunc abundat Europa. 2. Franciscus Georgius, Valentini, & Origenis allegorias approbat, propugnat: Ille autem refellitur, 3. De vi arboris vitæ, aliisq;, etiam cum Zuinglianis agitantur controuersiæ. 4. Lutherus, Caluinus, cōtra huius temporis Fanaticos, etiam iracunde disputant in explicatione harum quæstionum, imo pro sua quisque hæresi, contra nos armatur. Ergo & disputatio Bellarmini est contra huius temporis hæreticos. Nulla enim eius assertio quam non aliqui huius temporis hæretici furenter impugnent. 5. Nec *flagellat patres, nec collegas suos.* In re adiaphorâ, in qua illis fuit olim, & nobis permanet sentiendi libertas, suo vsus iudicio, nunc hos, nunc illos sequitur, qua auctoritas grauior, & ratio stare videbatur: Multo maior, Multo acerbior Caluinianorum est interpretum, super his dissentio.

Prima

Prima itaque quæstio. *Fueritne paradisus locus aliquis verus, & corporalis.*

Aduersarius. *Non ingenue proponitur. Quæritur enim, an fuerit locus verus, corporeus, in orbe terrarum habitabili? Quorum prius quidem dabit, posterius vero negabit aduersarius. Ludit igitur cum veteribus, quos dicit paradisum, plantas, herbas, flumina paradisi in meras allegorias transformasse.*

Corporeus paradisus.

Resp. 1. Non fuit hic addendum, *in orbe habitabili*, nam hoc quæritur cap. 12. & 13. 2. fœda calumnia: *Ludit cum veteribus, & in meras allegorias transformat paradisum, plantas, &c.* Verba Bellarmini: *Igitur paradisum locum fuisse corporeum, plantis veris, corporatisque plenum, & veros fontes, fluminibusque irriguum probare possumus: primo ex diuinis literis, quæ ita describunt paradisum, vt ambigi non possit, quin sit locus verus, & corporalis.* Neque vero ratio aduersarii conuincit. Nam etsi Bellarminus *paradisum ab hominum cognitione censeat esse remotissimum:* Non tamen ideo facit allegoricum. Plantæ veræ corporatæ, fontes,

fontes, & flumina esse possunt *remotissima, à nostra cognitione, nec idcirco allegorica.* Locũ eorum corporum, nõ veritatem in dubium vocat, idq; rationib⁹ validis, & veterum auctoritate.

Ratio Bellarm. 1. Gen 2. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, & in eo posuit hominem quẽ formauerat, at plantari corporum est, & homo corporalis, & animalis, qualem fuisse Adamum omnes fatentur, in loco vero, & corporali poni debuit.*

Obiectio. pag. 111. *Accipimus hæc argumẽta: sed primum obscuratum est, ex vitiosa versione: Plantauerat Deus paradisum voluptatis à principio: pro quo est in textu Mosis: Plantauerat Deus hortum in Eden ab oriente. In his continetur notatio certi loci: Plantauit Deus* גן *hortum. LXX* παράδεισον *paradisum ob amœnitatem, quia hortus amœnus deliciosus in scriptura est paradisus, Gen.* 13. 10. *Germ.* Ein Lustgarten. *Hortum hunc plantauit* בעדן *in Eden, quod nomen fuisse certæ regionis liquet ex Gen.* 4. 17. *Et aliquoties fit in scriptura mentio mercatorũ & filiorũ Eden (2. reg.)* vt ipse citat *c.* 19. 12.

Ezech.

Ezech. 27.23. In qua plaga fuerit, additur: מקדם *ab oriẽte hebræi.n.* קדם *vocãt orientẽ. Semper est loci: ante antrorsum, corã. Nũquam tẽporis. Itaq; Hierony. secutus nõ vim vocis, sed errorẽ Aquilæ, non recte: à principio: ex quo in errorem aliũ incidit, paradisum fuisse conditum ante cœlum & terram. Fuit igitur paradisus hortus amœnissimus in regione Eden, quæ Palestinæ & Arabiæ fuit Orientalis.*

Resp. Tria in versione mutat, duo reprehendit. Noster *paradisũ*, ille: *hortum.* Noster: *voluptatis*, ille: *in Eden*. Noster: *à principio*. ille: *ab oriente*. Quod *paradisum* noster verterit, culpare non audet, versionẽ tamen mutat: Inepte. Nam LXX. ita verterunt, & consuetudo loquendi, etiã in illorum cœtib. hortum illũ vocat paradisum. Deniq; approbat eam Caluin. in Gẽ. 2.8. *Plantauerat igitur* (inqt) *paradisum, in loco, quẽ amœnitate multiplici, fructuũ omniũ copiâ, & alijs optimis quibusq; dotib. unice ornauerat. Hac ratione vocatur hortus ob elegantiã situs, & formæ pulchritudinẽ. Vetus interpres nõ inepte paradisũ trãstulit. Quandoquidẽ* פרדסים

Hebræi

Hebræi cultiores hortos nominant. Et Xenophon vocem esse Persicam tradit, cum de magnificis, & sumptuosis regum hortis disputat. Hæc ille, à nostris accepta. Veterem ergo, & aptam versionem nouandi prurigine tollere non debuit.

An recte noster verterit בעדן *voluptatis*

Quid Edẽ. VErsionẽ nostram tuentur hæc. 1. Propria significatio dictionis Hebrææ, à verbo עדן quod est τρυφᾶν deliciari, vt non immerito græcos hinc suum ἡδονὴ seu ἁδονὰ doricum habere suspicemur. Significatio illa est, Nehem. 9. 25. ויתעדנו ἐτρύφησαν. Hinc Genes. 18. 12. עדנה voluptas, & בעדנים & 2. Reg. 1. 24. עם עדנים cum deliciis. 72. μετὰ κόσμου. Psalm. 35. 9. τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς vocant torrentem voluptatis. Sic Prouer. 29. 17. Thren. 4. 5. &c. Non ergo à proprietate vocis recessit nostra versio.

2. Magnos habet illa auctores, & Patronos. 1. 70. interpretes, etsi enim ca. 2. 8. & 10. dein cap. 4. 15. retinent Hebræam dictionem ἐδὲν: ijdem tamen c. 2. 15. vertunt ἐν παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, atque eodem modo cap. 3. 23. & Ioel. 2. 3. alia

loca

loca postea producentur.

3. Hieronymus, Aquila, Symmachus, quanquam hic posterior παράδεισον τῆς ἄλσους nominet: nam nemorosus, & densus frõdibus erat, luci instar, quod & גן Hebræum, à גנן legendo vindicat. Sic Theophilus Alexandrinus sic Seuerianus, Augustinus, & Ecclesię latinæ: & Patrum memoria Vatablus, Hortos delicatissimos vertit, qui tantæ est apud Caluinianos auctoritatis, vt biblia cũ notationibus illius, Anno 1586 ediderint Gebennenses, vel publicâ impostura suorũ, vel magno Caluini dedecore. Nã cum titulus præferat *Notationes Francisci Vatabli*: ipsæ notationes, verba, sententias, paginas è Caluino verbatim descriptas continent. Alterum ergo duorum necessarium est: vt vel illi editores, Caluini notationes pro notationibus Vatabli præbeant: vel suas à Vatablo, suppresso auctoris nomine Caluinus suffuratus sit. Fraus Gebennensiũ.

4. Nobiscum eam retineat Pelicanus, & primi temporis Zvingliani.

5. Neq; vllius momenti sunt obiectiones aduersarii.

1. *In his continetur certi loci notatio: Ergo Eden hic nomen est loci.* Antecedẽs probat: Gen. 4. 17. *Eden nomen est loci, ergo*&c. 2. deinde, 2. Reg. c. 19. 12. Ezech. 27. 23. fit mentio *mercatorum filiorũ Eden*. 2. c. 13. pag. 127. *particula* ב *notat nomen regionis. Nam duæ illæ voces non ponuntur in regimine. Ergo vitiose redduntur, Hortum voluptatis.*

Resp. Gen. 4. 16. Eden loci nomen esse, hoc enim non controuertitur; *Locus ab amœnitate potius, voluptate, & delicijs dictus est:* vt habet glossa Mercerii & Cheuallerii, c. 2. Vocatur גן עדן paradisus deliciarum, nomen hoc retinuit, vt diceretur Ganheden, vel Heden, id est hortus deliciarum, vel deliciæ, sic num. 11. 34. *Vocatur locus, sepulchra concupiscentiæ, quia ibi sepelierunt populũ qui concupierat:* an non *concupiscentia* etiã proprie accipitur? certe versio Caluiniana קברת תאוה Kibroth Thaauah, & tamen loci nomẽ est: sic Area fletus Ægyptiorum: sic alia, Hoc solo discrimi-

ne

ne, quod non modo hortus deliciarũ sit nomen proprium: sed ipsæ Deliciæ etiam, per excellentiam loco proprie tribuuntur, non addito nomine, *hortus*. Nam aliquando mens nomen imponentis, clare nominibus exprimitur, (vt Iosue 32. 34.) *Vocauerunt filii Ruben & filii Gad altare quod exstruxerãt, Testimoniũ nostrũ quod Dominus ipse sit Deus.* Sic Iud. 6. Ierobaal: dicitur litiget Baal: interdum vero parte insinuatur. Sic Gen. 29. Ruben, Simeon cæteri fere nominantur illustres Viri, sic locus Iudic. 15. 17. dicitur רמת לחי Rhamath lechi: ἀναίρεσις σιαγόνος, & tamen idem etiam ibidem v. 14. vocatur simpliciter לחי σιαγών, maxilla. Atq; etiã eam vocẽ obtinuisse constat ex scriptore libri iudicũ: sic & Hortus deliciarũ, & deliciæ recte dicitur, Non ergo sequitur nomen loci est, non igitur vertendũ Paradisus voluptatis, non magis quã Kibroth thaauah, nomen est loci, nõ ergo vertendum, *sepulchra concupiscentia.* Rhamath lechi nomen loci, non ergo vertendum, *leuatio maxillæ*, vel לחי maxilla.

At particula ב *notat locum regionis; dicendum ergo Paradisus in voluptate.*

Resp. Ne hoc quidem male diceretur: ita Dauid loquitur in Epicedio; 2. Reg. 1. 24. *Vestiebat nos Coccino cum deliciis, seu delicate, molliter.* Nam ב cum, & inter significat: sic Exod. 15. 19. Is. 7. 24. pro עם accipitur. Pro inter, frequentissimè: sensus ergo: hortum fecit cum deliciis, vel in medio deliciarum.

At voces illæ non ponuntur in regimine. Quid igitur? An si ponantur in regimine, iam recte noster verterit *Paradisus voluptatis*? sic concedet opinor. Ego vero sic concludo: At c. 2. 15. & c. 3. 23. & Ioel 2. 3. ponuntur in regimine hoc modo גן-עדן Hortus voluptatis; ideo Tremellius, & Iun: Hortus Hedenis: Caluinus: posuit eum in Horto Heden. & 72. παραδείσῳ τῆς τρυφῆς. Si eadem significatio ꝫ Heden, cur non & v. 8. ac 10. sit τρυφή; Verum quanquam cætera scripturæ loca quæ citat aduersarius excutere animus non sit, hoc tamen considerato interpreti demonstrare arduũ nõ fuerit, his oppugnari

non

non defendi aduersarii argumentationem. Nam Gen. 13. 10. vbi dicitur גן paradisus Domini, & Ezechielis 28. 13. & 31. 16. & 18. hui⁹ nominis: παράδεισος, tantum significationem probat.

At 4. Reg. 19. 12. *Nunquid liberauerunt dii gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar?* Argumentum hoc est: Tempore Sennacherib, aut Salmanassaris Vastati sunt filii Eden, qui erant in Thelassar, ergo Eden est nomē regionis, ergo Eden illa regio est, in qua paradisus, nam si alia fuit, non rectè dicitur Hortus in Edene. Vtraq; consequentia infirma, Nam Heden illa quæ hic, est eadem cum illa quæ Isai. 37. 12. Amos 1. 5. *Tenentem sceptrum de domo voluptatis* מבית-עדן Eam Caluinistę interpretes ponunt in Syria Damascena, & nomen ciuitatis esse arbitrantur. Iun: & Tremell: interpretatio, *Coele Syria, vbi oppidū erat Heden, quod græci paradisum vocant*: non ergo necessario nomē regionis. Hinc altera cōsequen-

 tia

tia falsa esse conuincitur, nō enim Damascus ad Orientem Palæstinæ & Arabiæ: nisi Damascus nostri senis sit iam in Mesopotamia. Thalassar quoq;, in Syria regionē agnoscit Hieronym. Nō est mei instituti, hæc ex monumentis veterū eruere. Hoc solum doceo, ne quidē de suorū sententia aduersariū recte argumentari, imo vt nostrā versionem cauilletur, doceatq; septuaginta interpretes Hebraice nesciuisse, moliri è Mesopotamia Orientali regione Paradisum transferre in Cauam Syriam, quæ Palestinæ, & Arabiæ est Borealis.

Testimoniū Ezech. 28. 23. nobis fauet. Nam בעדן גן-אלהים In Eden, horti Dei. ἐν τῇ τρυφῇ τοῦ παραδείσου, an & hic Eden nomen est regionis? Certe rex Tyri in Mesopotamieno horto non fuit. An & c. 31. v. 16. & 18. illa ligna voluptatis, sunt in Edene? arbores illas, principes, & reges interpretātur etiā Iuni⁹ & Tremellius. Fallax ergo coniectura, & arrogans, totā vetustatē sub ferulā suā citans, & impietas illa tribuere spiritui sancto, quæ somnia sunt ægrotorum:

An dictio Hebræa מקדם *Mickédem recte versa, à Principio?*

NEgat aduersarius: *Quia* קדם *semper est loci, nunquam temporis*: audax asseueratio, digna quæ in omnem vitam homini fidem abroget.

Contra nonnulla adferam. 1. Mirũ est homines Hebraicæ linguæ gnaros id ignorasse, קדם *Kedem semper esse loci, nunquam temporis*. Nam Aquila vertit, ἀπ' ἀρχῆς, Symmachus, ἐκ πρώτης, Theodotion ἐν πρώτοις, eodem modo Thargum מלקדמין *à primis, vel initiis*. Miror sane homines non indoctos, id vertisse quod nunquam ab Hebræo vllo audierant, non legerant, imo magis etiam miror, in vnum tam idioticum errorem conspirasse. 2. Vehementer etiam auget admirationem consuetudo Chaldæorum, & Syrorum. Quibus קדם est nisi fallor etiam temporis. *prævenit, manè surrexit, anticipauit.* Et קדמאה *primus, principium, & quod* hoc loco ponitur מלקדמין *ab antiquo, olim, prius*, & קודם *priusquã*, & קדמון *æternus*.

 Mirum

Mirum ergo in illa linguarum affinitate, Syris & Chaldæis, vt plurimum esse temporis, Hebræis *nunquam*. An forte interpretes illi quibus lingua Syrorum vernacula, ex vicinitate dialectorum in errorem inciderunt? iidemque Hieronymum deceperunt, vt verbi in Hebræo eandem vim, & Syro, Chaldæoq; falso iudicaret? Rem expendamus: forte & illi, & Hieronymus excusari poterunt, & cum illis Bellarminus. Quid ergo aduersario respondebo? Lexicographos homini immittam, vno impetu, quatuor, Sanctum Pagninum, Ioannem Mercerum, Ant: Ceuallerium. B. Cornel. Bertrami. Quid illi? קרם *nunc loci est, nunc temporis*, idem quod עולם *Seculum, vetustas, origo, tempora superiora, seu prisca: priusquam, principium.*

Aduersarii inscitia.

Excipiet hos deceptos esse ab Aquila, Symmacho, & cæteris antiquis. At sunt ex illis etiam Caluiniani. Verum *nunquam temporis, semper loci*. Quid si forsitan aduersarius erret? ita sane probabile est. Nam Deut. 33. 15. הררי קרם

ὄρεων

ὀρέων ἀρχῆς, *montes principij*, & ne voces, montes orientis, Tren. & Iun. *montium Antiquissimorum*. & v. 27. Deus קדם id est: *Deus æternitatis*. & 4. Reg. 19. 25. קדם למימי ἐξ ἡμερῶν ἀρχῆς an illi dies orientis non occidentis, aut meridiei? Verum lege, Isa. 51. 9. Ierem. 46. 26. & 30. 20. בימי קדם ὡς ἐν ἡμέραις ἀρχαίαις, & בקדם τὸ πρότερον Isa. 51. 9. בימי קדם ὡς ἐν ἀρχῇ ἡμέρας. Ezech. 16. 54. לקדמתן *ad antiquitatem suam*, 72. ὡς ἦσαν ἀπ' ἀρχῆς. Illustris locus Michææ 5. 2. *Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis* καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος מקדם מימי עולם & *nunquam* קדם *est temporis*? Adde Psal. 44. 2. & 55. 20. verbum קדם 70. vertunt facile quater decies προφθάνω, *præuenio*. sæpe προκαταλαμβάνω. קדם nomen facile vicies, ἀρχὴν, interdum πρὸ, aliquãdo πρὶν. Vnde ergo tanta temeritas, *semper loci, nunquam temporis?* An Deus in illo sene ostendere voluit, quid in sumã contumaciâ, summa impudentia possit? Veteranũ scripturę interpretẽ, hæc nescire, qui possum suspicari? & si nesciat, ἀναπολόγητος est προπέτεια garriẽdi,

quod neſcias, vt eius more græciſſem. An ergo hoc ex illis, de quibus ſeipſi damnare coguntur? Si ruditati auditorum illudere voluit, cur antequam typo rem committeret, non expunxit?

Criminatur patres.

Tandem omnibus grande crimen patribus impingit, *Videlicet pauciſſimos ab origenica de paradiſo allegorico phantaſia fuiſſe alienos*. Quod duorum modorum altero verum eſt, altero inſigne mendacium. Allegorice paradiſum, quemadmodum Saram, Agar, montē Sinam, intelligi poſſe, ſenſit Origenes excluſo ſenſu hiſtorico. Hoc Patres, Concilia, Doctores damnarunt: Conſtituta hiſtoriæ veritate, allegorias pie, ſobrie, conuenienter hiſtoriæ adiungere, nemo patrum, à Doctoris officio alienum putauit.

CAP.

CAPVT XI.

Soluuntur obiectiones pro paradiso allegorico.

1. *Corporales in paradiso plantæ.*
2. *Præuaricatur aduersarius, de arboribus paradisi.*
3. *Hieronymus à calumnia vindicatus, non enim paradisum ante cœlum & terram creatum dixit.*
4. *Ambrosius & Basilius defensi.*

OBiectio prima Francisci Georgii, ab aduersario formata. *Quod nusquam legitur in scriptura, non est credendum, paradisum fuisse plantatum in terra, nusquam legitur in scriptura. Non fuit igitur paradisus plantatus in terra.* Corporales in paradiso plantæ.

Resp. Bellarminus. *Satis intelli ex eo quod dicitur plantatus, neque enim nisi in terra plantari possunt horti. Docere id flumina, & arbores, alias eadem forma colligere possemus, in scriptura non legimus hominem habere præcordia: Non habuit igitur.*

Ob-

Obiicit aduersarius. *Ex ijs, quæ leguntur, euidenter colligi: Non tamẽ ex solo verbo* נטע *se colligere, quod per metaphoram eludi posset, sed euidentius, ex circumstantijs loci. Plantauerat in Eden ab oriente.*

Præuaricatur aduersarius.

Resp. Bis peccat aduersarius. 1. *Quod eludi posse dicit verbum plantandi:* Nam cum adeo clare arbores & flumina, & in medio eorum collocet hominem, non potest eludi: nisi eo modo quo omnia eludunt hæretici, de quibus in colloquio Mompelg. querũtur Lutherani contra Caluinianos. 2. Quod eluso per metaphoram verbo נטע *plantauerat*: Reliqua sibi salua fore putet, *Eden, & ab oriente*: An qui plantationẽ arborum, & horti, allegorice de Angelis eorumque dotibus, aut iustorum animabus interpretari ausit, eam plantationem in Mesopotamia, ad Euphraten, & Tigrin alligaret? illi oriens esset ille, de quo dicitur, *Vir oriens nomen eius*. Eden vero esset paradisus Dei nostri in quem abreptus Paulus. Prodit ergo suam causam hæretico, qui ex verbo *plantandi* solo negat colligi

para-

paradisum esse corporalem. An hæreticos illos tam arbitratur excordes, vt, si ipse spiritalium illis gratiarum, aut beatarum plantationem mentium permiserit, Euphraten incilibus deducant, ad Tigrianas ripas decurrant, Babyloniam fossionibus vexent, taleas & propagines plantaturi? Deniq; si extorquere Bellarminianum argumentum sibi patiatur, iam de Eden magnis se auctoribus Origenista tuebitur. An non & oriens in aëre, inter & super nubila designari poterit? Patrocinatur ergo hic damnatæ allegoriæ.

Obiectio 2. *Si paradisus terrenus esset, & corporalis, certe tertia die condi debuisset cum Germinibus, arboribus, &c. at tertia die non est conditus: sed demum post diem sextum describitur eius plantatio.* Ergo. Resp. Bellarminus. *Conditum tertia die, describi fusius eius productionem post narrationem operum sex dierum, quia maxime memorabilis.* Aduersarius retinet solutionem Bellarmini, aliis tantum verbis refert.

Ob-

Obiectio 3. *Frustra fuisset paradisus, ex quo tam cito homo eÿciendus.*

Resp. Bellarm. ex Theodoreto, datis quinq; rationibus cur non frustra: quæ fere aduersarius probat. *Nam paradisi recordatio ad fugam peccati prodest. 2. Non punit Deus ante peccatum. 3. Factus in vsum Henoch & Heliæ, hanc fabulosam dicit. 4. Vt in paradisi terreni imagine cælestem consideremus. 5. Non frustra data fuit immortalitas, nec ergo paradisus.*

Obiectio 4. *Hieronymus* (in quæst. Heb.) *scribit paradisum ante cælum, & terram fuisse creatum, non igitur eam existimauit esse corporalem.*

Resp. Bellarminus. *Aut Hieronymus ex aliorum sententia locutus est, vt sæpe in alijs commentarÿs, aut significare voluit paradisum conditum esse antequam cæli, & terræ fabrica omnino perficeretur, quod verissimum est.*

Obiectio aduersarii pag. 115. *Solutio friuola. Ex quo manifestissime comprobatur, quod priusquam cælum & terram Deus FACERET (non dicit absolueret) paradisum ANTE condiderat. Apparet quod*

quod non ex aliena mente, sed ex sua mente loquatur. Si igitur Hieronymus alibi aliter sensit, aut sibi eum contradicere, quod non dixero, aut in Hieronymi, & aliorum patrum scriptis multa legi deprauata, sicque scripta patrum regulam veritatis, & principium fidei esse non posse consequitur.

Resp. Cum ex verbis scripturæ, etsi legamus, ἀπ' ἀρχῆς, nullo modo concludi possit, ante cœli & terræ inchoatam conditionem paradisum conditum esse, sed tantum simul cum cœlo & terra. Cum Hieronymus clarissime doceat, non ante conditum: vt patet ex Bellarmino; & aduersarius non negat: Ratio nulla est, cur non locutum dicamus Hieronymum, vt Mosem videmus locutum. Cum enim c. 1. Moses cœli & terræ, rerumq; omnium conditum, ornatũq; explicuisset; itemq; initio c. 2. tãdem cõcludit v. 4. *Istæ sunt generationes cœli & terræ, quãdo creata sunt, in die, quo fecit Dominus cœlum & terram.* Ecce *fecit* cœlum & terram, est *perfecit, absoluit.* Et quia patres tibi sordent, audi Caluinum (com. in Genes. c. 2. vers. 4.) *Sub*

Hierony. à calumnia vindicatus. Non enim paradisum ante cœlum, & terram creatum dixit

nominibus cœli, & terræ, totum ornatum, cuius ante meminerat, per Synecdochen complectitur. Audi Iun. & Tremell. eodem loco. Qua die, id est, *cum materiam illam creatam ordinauit & faciem ornauit illius. Hic secundus generationis modus* ποίησις, *factus siue factura; quæ hoc versu, & sequentibus duobus exponitur.* Deinde: *Fecit cœlum & terram*, id est, (inquiunt) *Tum his duabus extremitatibus* τοῦ παντὸς, *tum alijs rebus interiectis, faciem formamque indidit, constituta, atque ordinatâ elementorum serie, vt narratum est. supra 1. 3. & seq. Inuerso autem ordine terra, & cœlum nominantur; quia terræ factus anteiuit factum cœli: nam terra die creationis tertio, cœlum quarto perfectum est.* Hinc non modo defendi, sed laudari etiam Hierony. & Bellarm. expositio potest. *Deus fecit cœlum & terrã:* Hoc est, *omnem ornatũ cuius meminerat;* sed ante omnem ornatum paradisus perfectus est, ergo antequam fecit cœlum & terram, hoc est, *perfecit*, seu vt ante dixit: συνετέλεσε. 2. *In die, qua fecit DOMINVS cœlum & terram.*

Dies

Dies illa, non vna sed plures dies fuerunt: quia illa die materia ordinata, ornata fuit, itaq; *fecit*, id est *ordinauit, ornauit*, seu ἐποίει: continetq; factum, hoc, & sequentibus duobus versibus expositum. *Et omne virgultum agri antequam oriretur, &c.* Id est, omnes res Synecdochice (inquiunt Iun: & Tren.) Priusquam hæc fierent, Deus paradisum iam ante condiderat, itaque ante quam Deus *fecit* cœlum & terram. Nam his duabus extremitatibus (Cœlo & terrâ) *omnes res interiectas, faciem, formam, constitutionem, ordinationem elementorum* comprehendit Moses, Caluinus, Iunius, Tremellius, Cur non licuit idem Hieronymo? *Terræ factus anteiuit cœli factum, quia terra ante cœlum perfecta est*, ita Iunius & Trem. ex Mose, *ordinem priorẽ inuertente*, legunt enim hic: *Terram & cœlum.* Cur non ergo dicere, licuit Hieronymo: *Paradisi factus, anteiuit factum terræ & cœli? nam paradisus die creationis tertio, cœlum quarto, terra prius cum omni ornatu suo sexto perfecta est.* Nam c. *1.* v. 24. *Dixit*

quoq; Deus. Producat terra animã viuentem,&c. Quod de corruptis patrum scriptis,& fidei regulâ, quasi illa nobis petatur ex illis, subiunxit, calumnia est, iam dudum detecta.

Obiect.5. Valentinianorum,& Origenianorum,2 Cor.12.24 *Paulus raptus fuit in tertium cœlum: & raptus in paradisum. Paradisus igitur tertium cœlum.*

Resp. *Bell. Duplicẽ esse paradisum, Terrenũ de quo Moses, cœlestem, de quo Paulus. Quæ est vera responsio: ait Aduersarius.*

Obiect.6. *Ambrosius totam Mosis narrationem mystice interpretatur.*

Resp. *Ambros. non negasse corporalem fuisse Adami paradisum: Eo posito autẽ tantũ in paradisi significationibus explicandis fuisse occupatum.* Hanc sententiã Ambrosii probat 5. eius testimoniis. l. de paradiso c.1. c.3 c.7. Epi.42 ad Sabinum.

Nostrum (inquit aduersarius) *non est accusare.* Pereriũ tamen illi obiicit: negantẽ commentarios in 6. c. Epistolæ prioris ad Cor. Ambrosii esse, ex quib9 constat paradisum corporalem ab auctore illo constitui.

Tandem

Tandē pag. 117. *Miror autem, quod paucula quædam Ambrosii verba historica pro eius sententia accipiat: cum luce sit clarius, toto libro eum non nisi allegorias consectari: de litera vix literam habere.*

Resp. Institutū Ambros. fuisse, verissimū, ac literalissimam paradisi historiā allegorice exponere, non negare historiā. Nec id omnino improbat Caluin. (com. in Gen.) *At subtilior est, de cælesti beatitudine interpretatio, dicet quispiā: Respondeo, cum æterna hominis hæreditas in cælo sit, rectum quidem esse, vt illuc tendamus: figendū tamen in terra pedem, tantisper dum hospitium cōsideremus, quo voluit Dominus hominē, ad tēpus vti.*

Videamus an toto illo libro, *nulla sit litera*, *de litera*. I. C. I. *Tamen quoniam hic legimus à Deo, paradisum esse plantatum ad orientem, & ibi positum hominem, & productum esse omne lignum, &c. quæ deinde mystice cum exposuisset,* ne negare videretur historiam, subiungit. *In hoc ergo paradiso Deus hominem posuit, quem plasmauit. Intellige etiam, quod non eum hominem, qui secundum imaginem* Ambrosius à Calumnia vindicatus.

Dei est, posuit, sed eum qui secundum corpus. Incorporalis enim in loco non est.

C. 2. Serpentem in paradiso, à Deo generatum ait, addit *in serpentis autem figura Diabolus est.*

C. 3. Hæc igitur quatuor sunt flumina, Phison secundum Hebræos, Ganges autem secundum Græcos fluit contra Indiã. Geon autem Nilus circuit terram Ægypti, & Æthiopiam. Hæc nisi fallor literalis est expositio. Et *Bene ergo Geon, in quo figura est castitatis*: at figura, non est sine historiæ veritate.

C. 4. Quo loci aduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum: vt scias quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisq; sibi gratiam comparat. Deniq; extra Paradisum factus, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur, & illa quæ in meliore loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior reperitur. Locus ergo paradisus. Et si argumentum valet aduersarii: *fontem & flumina interpretatur mystice, negat ergo corporata.* Simili formâ efficiam, ipsum etiam Adamum & Euam Ambrosio

brosio non fuisse corporatos. Quia Adamum νοῦν vocat, mentem. Euam vero αἴσθησιν, sensum.

C. 5. Totum literale est, præceptum non edendi de ligno vitæ exponens, &c. 6. Eodem modo: *Manducationem, fructum*, literaliter exponit. *Mulierem ait timuisse, ne sola eijceretur, ideo & maritum illexisse.*

C. 7. Quærit, *an mors à ligni naturâ, an à Deo sit. Neq; quicquam nisi literaliter* tractat.

C. 10. De formatione Euæ totus tractatus literalis.

C. 11. *Qua ratione hoc factum est, cum tantummodo bestias agri, & volatilia cæli ad Adam adduxerit Deus? Erant enim pecora secundum genus suum. Deniq; habes infra: Quia imposuit Adam nomina omnibus pecoribus, & omnibus bestiis agri. Adæ autem non est inuentus adiutor similis illi. Quæ igitur absolutio est, nisi quia indomitæ bestiæ; & volatilia cæli diuina potestate ad hominem deducantur? De pecoribus autem domitis, & homo habuit potestatē. Itaq; illud diuinæ operationis fuerit,*

hoc humanæ diligentiæ. Simul accipe: qua causa omnia deducta sint ad Adam: vt in omnibus videret, ex vtroq; sexu substantiam constare naturæ, id est, masculo, & fœmina, & ipse vsu exemploq; cognosceret, necessarium sibi consortium mulieris adiectum. An hæc parum literaliter? An non locus erat paradisus, in quem ista deducta ? His deinde literalibus allegoriam adiungit.

C. 12. Totum literale, *ligna & fructus eorum corporata fuisse,* & historiam explanat.

C. 13. Mistam expositionem habet.

At libello de arbore interdicta historiam toto textu disputat. *Vna* (inquit) *arbor fuit in medio paradisi explorans hominis voluntatem,* c. 1. deinde probat eã *malam non fuisse,* c. 2. & 3. *Sed hominis voluntatem, dum ille cui omnis paradisus subiacuit, ad interdictam arborem manũ extendens, sententiam damnationis accepit. Nonne vniuerso etiam paradiso interdicto, & vnius tantum arboris copiâ factã, satis dedisse Deum fateri, & cum gratiarũ id actione percipere debebat homo, quod diuina ei largitas dedisset?* Libro

Libro de Helia & ieiunio, cap. 4. *Plantauit Dominus Paradisum ad gratiã beatorum, posuit ibi hominem operari, & custodire eum. Et vt sciamus non esse nouum ieiunium, primam illi legem constituit de ieiunio. Sciebat enim quod per escã culpa habebat intrare, &c. Cognitio infirmitatis in cibo, &c. Deniq; quamdiu interdictis abstinuêre, nesciebant se esse nudos: posteaquam manducauerunt de interdicta arbore, nudos esse se cognouerunt.* Verum ergo ieiunium, veram in paradiso escam, veram arborem agnoscit.

L. de pœnit. c. 11. *Vere se abscondisse, latere voluisse* dicit Hęc pro Ambrosio, quem hac de hæresi nemo veterum accusauit, cum tamen iam dudũ contra Origenistas, insurrexissent. Sane D. Hieronym. quem tamen huius etiam erroris insimulat aduersarius, grauissima extat censura, qua & Origenianos perstringit, & nostrum arguit mendacii: (Com. in 10. Daniel:) *Conticescant eorum deliramenta, qui vmbras, & imagines in veritate sequentes, ipsam conantur euertere veritatem,*

vt paradisum, & flumina, & arbores, putent allegoriæ legibus se debere subruere. Paulo mitior est in Basilium.

Scripsit Bellarminus: *Basilium apertissime scribere, Paradisum corporalem fuisse: simul mysticas interpretationes exponere* Respondet aduersarius, pag. 117. *Non dicere debuit, sed ostendere. Qui legunt Basilii librum allegorias meras inueniunt. Si ex communibus lignis (inquit) esset paradisus, contineretur in prima generatione plantarum, & nihil opus habuisset selecta plantatione Dei &c. Vides quod à serie creationis paradisum eximat? Ab Origenica opinione eum facile libero. Aëreum vero, vel cœlestem, non terrestrem paradisum, quin cogitauerit Basilius, & ex Basilio Ambrosius vix dubitare possum. Sequitur enim: Paradisum esse locum excellentem omnem creaturam, admirandæ pulchritudinis, &c.*

Resp. Hoc non ostendit Bellarminus, tantæ vel impudentiæ, vel inscitiæ securus: quem enim mediocriter in lectione veterum exercitatum id negaturum esse suspicaretur? Verum quia

quia hæc nunc eruperunt, nos ostendamus.

Basilius homil. de paradiso. *Neq; corporalia abijcimus, & spiritualia requiri semus: Quemadmodum enim in lege, & sensibilia erant; sed exemplaria fecit illa esse spiritualium: ita & paradisum corporaliter quidem consideramus, per allegorias vero spiritualiter interpretamur.* Defenditur Basil.

Itaque etsi de loco cum aduersario non consentit, verum tamen corporalem agnoscit, & ex illo Ambrosius, ideoque vt opinione Origenica eum clementer liberat aduersarius, ita etiam Ambrosiũ liberare æquum est. Quod ait Basilium *à serie creationis eximere paradisum*: Calumnia est. Verba eius: *Hic paradisus, si quidem lignis vniuerso orbi communibus, consitus esset, vtique in primogenia illa generatione contineretur, nec hæ arbores quæ præsenti loco commemorantur à Deo plantatæ, opus habuissent, eximia hac, & à cæteris selecta plantatione. Iam quidem tanquam inter vtrasque discrimen sit, præter præinducta plantarum genera scripturæ verbis docetur in paradi-*

 so ar-

so arbores fuisse à Deo præcipua quadam, & peculiari diligentia constitutas. Aduersarius duplici fraude vtitur. *Si ex communibus lignis esset*; Omittit. *Vniuerso orbi*, vt lector suspicari posset, non nobiliores tantum arbores, sed spirituales arbores dicere Basilium. 2. *A serie creationis eximit.* An ergo increatum dicit? Minime, sed *peculiari diligentia plantatum*: Quemadmodum hominem peculiari formatione Dominus est dignatus.

Qui legunt Basilij librum meras allegorias inueniunt: inquit.

1. Ait *lignis consitum.*
2. *Id factum selecta plantatione.*
3. *Mansionem, locum prælustrem, spectatu dignissimum.*
4. *Lucidum.*
5. *Sine tempestatibus, & aeris iniuriis.*
6. *Terram mollem, pinguem, vere fluentē lacte & melle, ad fertilitatē frugum accommodam, ac fertilissimis aquis irriguam.*
7. *Arbores in paradisi loco pulcherrimas, gratissimas aspectu, iucundissimas vsu.*
8. *Rosas sine spinis.*

9. Colo-

9. *Colores fragrantium florum.*
10. *Plantas sarmentitias, fruticosas,* χειφυλλα, *&c.*
11. *Elegantes, & gratos fructus.*
12. *Auicularum venustatem, & musicam.*
13. *Iucunda visui, auditui, tactui, gustui, olfactui.*
14. *Animalia, & serpentem mitem.*
15. *Illic positum hominem quem formauerat, mouet non dictum quem fecerat. Quē enim fecerat, secundum imaginem suam fecerat. Is aūt corporalis non est, & quod corporale non est, loco non circumscribitur.*

16. Ad illa verba. *Ecce dedi vobis lignum quod habet fructū in semetipso, vobis erit in cibum. Ait non pisces, aut animalia data.* Causam reddens. *Neque enim dum paradisi domicilio censebantur indigni*: fructus ergo paradisi illis datas censet: ac proinde fuisse vere locum frugiferum. Nā post ait *in paradiso fuisse vitam obseruatam, qua contenti essent vsu fructuum, seminum, &c.*

Iam viderit aduersarius, quomodo dicat: *Qui legūt Basilii librum allegorias meras inueniunt.* Viderit, &, quo iure Bellar-

Bellarmino dicat: pag. 118. *Iam viderit Bellarminus, quomodo ex Patribus (Chrysostomum & Augustinum excipio) paradisum terrenum probet.* Mira est enim incogitantia, Epiphanium, qui ex instituto Origenis allegorias refutat omittere. Verum vt penitus omnia lector perspiciat, homiliam Basilii exhibeo.

HOMILIA SANCTI PATRIS BASILII, CÆSAREÆ CAPPADOCIAE ARCHI-Episcopi

De Paradiso.

PLantauit DEVS paradisum in Eden, ad Orientis plagas: & posuit ibi hominem, quem formauit. Ad mentem aduocemus dignam hanc Deo plantationem, nẽpe paradisum: vt quæ nihil dedeceat incomparabilem & eximiam pulchritudinem talis ac tanti opificis. Superiore loco dictum est: educat terræ herbam fœni, & lignum fructiferum seminificans semen faciẽs fructum. Hic paradisus siquidem lignis consitus

tus esse, vniuerso orbi communibus: vtiq; in primogenia illa generatione continetur, nec hæ arbores quæ præsenti loco commemorantur à Deo in paradiso plantatæ, opus habuissent eximia hac & à cæteris selecta plantatione: Iam quidem tanquam inter vtrasque discrimen sit, præter præinducta plantarum genera, scripturæ verbis docetur in paradiso arbores fuisse à Deo præcipua quadam & peculiari diligentia constitutas. Nam quemadmodum hominem à cæteris animantibus discreta ac singulari dignatus est formatione: itidem & homini apparauit suaque condidit manu peramœnam ac delitijs omnifariam diffluentem mansionem, locũ vtiq; omnem ex superantem creaturam, visenda pulchritudine suspiciendum & admirabilem, locum dico, prælustrem & spectatu dignissimum, & qui ob situs celsitudinem nulla sui parte vllas admittit tenebras, nulla tenebrescit caligine, quippe quem exorientium siderum splẽdor irradiat & vndiq; suo lumine circumfundit. Retinet hic per amœnam ac iucundissimam veris temperiem, lucidissimo collustratus & splendifluo aere. Illic igitur

plantauit

plantauit DEVS paradisum, vbi nulla esset vis ventorum, nulla tempestatum intemperies, nulla grando, nulla fulmina, nullæ procellæ ac turbines, non contorta ac violenta fulgura, nulla hyemalis glacies, non veris humiditas, nec æstatis exæstuatio, nec autumni siccitas, sed temperata & pacifica inter se temporum consonantia, singulo quoque horum adornato propria amœnitate, cum nec præcedens à sequente quidquam insidiarum metuere posset: dum neque verno decori subsequens æstas noceret: neque æstiui vel autumnales fructus præ senio defluerent. Nam ita locum hunc constituit, vt satis alioqui illum anni singulæ tempestates circumlustrarent, immo præcipuis illum suis facultatibus stipantia ac communientia conferrēt singula tempora: vernale, quod habet delicatum & iucundum: æstiuum esculēta in alimoniam: autumnale, hilaritatem: hyemale otium & quietem. Deinde vt terra esset pinguis, mollis, & vere fluens lacte ac melle, ad fertilitatem frugum accommoda, ac fertilissimis aquis irrigua, quæ profecto incredibilem quandam pulcritudinem exhiberent. Subtiles

tiles enim aqua illæ ac perspicuæ, & multum quidem iucunditatis spectantib. conferunt, plus tamen vtilitatis. Prius igitur ipsum paradisi locum condidit capacem plantationum Dei. Deinde plantauit in illo omnifariam arborum pulchritudinem, quæ & gratissima essent aspectu & iucundissimum sui exhiberent vsum. Quo nam pacto patriam nostram conspectui tuo conspicue proponere potero, vt te hinc ex isto reuocet exilio? quod si florulenta prata iucundissimum tibi præbent spectaculum: tanto hoc gratius velim animo imagineris. Rosa hic spinis est coniuncta, externa gratia molestiam obtegens, & tantum non aperta nos voce contestans ac dicens: quæ iucunda vobis sunt ò homines tristibus permixta sunt. Nam vere in humanis bonis ita comparatum est, vt nullum eorum sincerum sit, sed confestim lætitiæ & hilaritati conglutinetur mæstitia: coniugio viduitas: puerorum educationi cura & solicitudo: fœcunditati aborsus: vitæ splendori ignominia: prosperis successibus dispendia. delitiis satietas: sanitati infirmitas. Florida quidem est rosa sed mihi tristi-

tristitiam infligit: nam quotiescunque florem hunc videro, peccati mei admoneor, propter quod terra, vt spinas ac tribulos proferret, condemnata est. Et hic quidem transitoria ac breuis momenti vernorum florum gratia adhuc desiderantes deseruit. Nondum enim ab illorum collectione domum reuersi sumus, & ecce in ipsis adhuc manibus nostris constituti marcescunt: in paradiso vero florum splendor non est momentaneus, sed constantem habent iucunditatem, gratiosum & amabilem aspectum, nunquam desiturum oblectamentum insatiabilem fragrantiam, & colorum elegantiam refulgentem. Non dissoluunt illos impetus ventorum, non flaccefaciunt neomeniæ, non glacies horrida congelat, nec solis inflammatio torrefacit, sed flatus quidam moderatus tenuem & iucundam respirationem adfert, leuiter illos ac placide adflans, ac indomabilem tempori gratiam ipsorum constituens & conseruans. Et ipsarum quoque plantarum venustas talis est, quæ conditoris opificium & plantationem deceat, siue sint sarmentitiæ, siue fruticosæ, siue vnistirpes, siue multiramæ, siue altici-

ma,

mæ, fuit vtrimq; florentes, siue foliis deciduæ, siue perpetuo foliatæ, siue foliis perpetuo destitutæ, siue semper floridæ, vel frugiferæ sint, vel infrugiferæ; cum vsui destinatæ ac necessitati, tam ad oblectamentum conferentes, magnitudine ac venustate omnes eximiæ, opacæ ramis, vtrimq; floridæ comis, fæcundæ fructibus, aliam atq; aliam vtilitatem & oblectationem exhibentes. Nam quisq; illarum fructus multum quidem habet elegantiæ & gratiæ: plus vero vtilitatis quam oblectationis. Quomodo tibi deliciarum istarum excellentiam repræsentabo? si contulero cũ præsentis sæculi delitiis: contumeliam illis potius ex collatione attulero. Aut quam tibi vel ex imagine aliqua energiam ob oculos exponam? Omnia perfecta sunt, omnia tẽpestiua & matura, non paulatim accepto incremento adaucta. Non enim à flore ad absolutam maturitatem crescunt, sed proprio rigore naturæ illi effectus exoriuntur, non humana industriæ. Illic & auicularũ omnigenum sunt genera, quæ alarum flore & natiua musica, admirabilem quandam per seipsas oblectationem offerunt spectan-

tibus, ita vt per omnes sensus iucundè afficiant hominem, alia visu, alia auditu, alia tactu quædam olfactu, aliqua gustu. Sunt illic & variorum animantium spectacula, quæ omnia sunt mansueta, omnia eorundẽ morum; quæ omnia & audiunt inter se & loquuntur sensate. Serpens tum non erat horrendus, sed mitis ac mansuetus, nec terribiliter in telluris superficie veluti natans reptabat, sed sublimis & erectus pedibus insistens ingrediebatur, illic posuit hominem, quem formauerat. Alibi finxerat, illuc autem illum introduxit. Quemadmodum & luminaria fecit Deus, & postea in firmamento locauit, ita & hominem puluerem quidem finxit è terra, posuit autem in paradisum. Notandum vero, quod non dictum est, quem fecerat, sed quem formauerat. Quem enim fecerat, secundum imaginem suam fecerat. Is autem corporalis non est. Et quod corporale non est, loco non circumscribitur. Nam comitatur quidem quod factũ est figmentum, hoc est, anima fictum corpus, (simul enim est, quod cõpositum est) peculiatiter tamen corporũ est locus. Anima vero comes & consectatrix

corporis

corporis in loco est, propter habitum quem habet ad corpus, non sua ipsius natura, locis in corpore circumscripta. Quid igitur? an exhilaraui te commemorata paradisi amœnitate, vel tristem reddidi magis corruptibilium collatione. Nam omnino animus sublimis & excelsius, ac cœlestia sapiens, vtpote conuersationem habens in cælis, & ad promissorum supernam dignitatem suspiciens, cogitauit, & cupidè expectauit aliquid vt audiret eorum bonorum quæ nobis sunt promissa, quæ neq; oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt. Si oculus non vidit, quis est, qui hæc enarret? si auris non audiuit, quomodo tua excipiat? si in cor hominis non ascenderunt, quomodo illa mens nostra capiet? neq; corporalia abiicimus & spiritalia requirimus. Quemadmodum enim in lege & sensibilia erant: Sed exemplaria illa esse fecit spiritualium: ita & paradisum corporaliter quidem consideramus, per allegorias verò spiritualiter interpretamur. Plantauit igitur Deus paradisum in Eden versus Orientis plagas. Nomina plantarum suppressa silentio sunt.

Proditum vero memoriæ est, quo sit loco plantata. In Eden inquit plantauit, hoc est, in delitiis. Nam Eden delitias significat. Num vocat delitias eas, quæ per os ingrediuntur & ventri traditæ sunt, & quarum finis secessus est? an eas quæ pereunt, delitias tradidit? an hæc est gratia illa à Deo nobis data saturitas ventris, & corporis lautitia, & animi diffusio voluptatem efficiens? aut hoc vel dicere quidem pium est? corpus enim abundè saginatum & anima illi immersa & ad peccandum procliuis facta compendium quoddam est ad lasciuiam & procacitatem, ac simul omnia ea quæ vetita sunt. Intelligemus igitur de delitiis Deo dignis, vt & plantationem agriculturæ diuin competentem discamus. Quanam ergo delitiæ sanctis congruere poterunt? delectare, inquit, in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quoniam infinita est virtutis pulchritudo, à multiformi sapientia initium ducens, propterea scriptum est, quod plantauerit Deus paradisum, non ad Orientem, sed ad plagas Orientis. Nam vna quæq; planta à Domino sata, propria luce ornata, fulguris instar resplendit.

Illic

illic sunt fluminis impetus, exhilarantis ciuitatem Dei. Alibi torrens voluptatum nominatur, nutriens & prouehens spiritualium plantarum venustatem, qui in sequentibus dicitur fluuius egrediens ex Eden ad irrigandum paradisum. Supra dictum est quod creaturas reliquas prius absoluerit, ac tum demum hominem in principatum ac dominatum introduxerit. Hic vero per contrarium prius formauit hominem, deinde plantauit paradisum: Huius sane causa est illic quidem, vt in plenam domum induceret vt patrem familias, quem non inopem & indigem condiderat, postremo verum largiretur copiam, hic vero profectus ac felicitatis absolutionem largitus, alibi creatum primum, tandem paradisi habitatorem constituit, vt cognita inter contrariam vitam & paradisi conuersationem, ex vtriusq; collatione, differentia, cognoscas quidem pulchritudinis excellentiam, metuas vero & ruina iacturam. Vt vero intelligas plantationem manus Dei competentem, recordare eorum quæ in Euangelio discipulis à Domino sunt dicta. Videlicet: vos estis palmites & pater

meus agricola est, vtpote ab illo plantati. Ex illa plantatione sunt qui in domo Domini plantati sunt, & in atriis Domini florent. Et iterum in propheta, ego plantaui vineã fructiferam totam veram. Et imitator Christi audet ac dicit: cooperarii Dei sumus. Dei agricultura estis. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et iustus assimilatur arbori plantatæ secus decursus aquarum quæ fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Et iustus sicut palma florebit. Et, vineam ex Ægypto transtulisti, eiecisti gẽtes, & plantasti eam. Conare ergo per huiusmodi dogmata paradisi acquirere intellectũ, vt assequâre diuinæ lucis auroram, in qua lux scientiæ oritur, vt intelligas, quomodo plantatus sit paradisus delitiarum. Quod si locum aliquem cogitaueris sanctorũ capacem, in quo omnes, qui in terra bonis operibus resplenduerunt, gratia Dei fruantur, & in vera ac spiritali iucunditate viuant, non aberraueris à decenti de paradiso similitudine. Illic itaq; bonæ quædam virtutes radicatæ ac solidè confirmatæ sunt, ministra sanctorum quibus homo recens natus pluri-

plurimoq; ad perfectionem adiumento opus habens, traditus est. In quo loco cœtus sunt sanctorum, in quo lucis ortus, in quo animæ delitiæ, illic posuit Deus hominem. Si carnalis es, habes descriptionem corporalis paradisi, & delicatissimam saturitatẽ. Si plurimi facis sensibilium rerum oblectationem, accelera ad illam, in qua delitiæ indesinentes subministrantur. Si spiritalis es, & sublimiora corporalibus delectationibus expetis: ascende animo ad pulchritudinem Angelorum, cognosce in illis Iustitiæ fructus, contemplare fluuium aquis Dei refertum, cuius impetus ciuitatem lætificant, cuius artifex & conditor Deus est. Ciuitatẽ illam præterfluit fluuius ille Dei, qui ex Eden originem trahit, & paradisum irrigat. His omnibus mente cognitis, glorifica Deum, quoniam illum decet omnis gloria: patrem scilicet, & filium & spiritum sanctum in sæculorum sæcula, Amen.

CAPVT XII.

QVÆST. II.

Quo loco sit Paradisus?

1. *De loco paradisi sententia.*
2. *Diuersa tabulæ Geographicæ.*
3. *An in Mesopotamiâ, an Armeniâ paradisus?*
4. *Tabulæ Caluini, & Parei contrariæ.*
5. *Aduersarius incertum facit locum Paradisi.*
6. *Aduersarii de fluminibus paradisi errata.*
7. *De aura Paradisi.*
8. *De Henoch, & Elia.*

SEntentia Bellarmini. Locum terrestris paradisi, à cognitione humana remotissimum esse.

Quatuor sententias recenset.

1. Quorundam, *totum orbem terrarum paradisum esse*, ita Ioseph l. 1. antiq. *Nam fluuium irrigantem ait esse Oceanum.* Hæc scripturæ repugnat, *docenti hominem è terra extra paradisum creatum, & ex eodem in terram eiectum.*

De loco paradisi sententiæ. 2. Quam Bar Cepha tribuit S. Ephremo. *Esse terram vltra Oceanum nostrâ multo maiorem, eamq; esse paradisum.* Refellit, *quia in ea nec Euphrates, nec Tigris*

gris. Deinde nec omnis terra tingitur Oceano, nec talis est terra vltra Oceanum.

Obiicit aduersarius. *Nostra terra vndique Oceano cincta in tabulis cernitur, & vltra Oceanum, versus polum Antarcticum vastissimi terrarum incognitarum tractus à nauigantibus sunt obseruati.*

Resp. 1. Bellarminianas, & nostrates Hondianas tabulas non omnino conuenire. Illi ad polum arcticum Europam, Americam, & quædam, Asiam connectunt. Ex Asia enim post Cataclysmum in Americam animalia venisse arbitrantur. Hondianæ vt spem septentrionalium nauigationum alant, freta per septentrionem aperiunt. Diuersæ tabulæ Geographicæ.

Resp. 2. Nauigationes etiam Belgicas & Britannicas, cum Diuæ Elisabethæ inscriptos globos, tum serenissimis Ordinibus tabulas, Vastissimos illos ad polum antarcticum tractus terrarum, nostro tamen orbe multo *minores*, non *multo maiores* facere, quod tamen secunda sententia facit.

Porro quod obiicit Bellarminum versione 70. vti. Illâ vtendo, non reij-

tas aperuit nauigatio, & experientia; quæ vero classis seu Batauа, seu Britanna delata in paradisum, incognitum hactenus hortum ostendit? Negari ergo potest, donec ostendatur. 2. Deinde ipso *Paradiso oriebatur fluuius, qui deinde diuidebatur in quatuor capita, quorum nomina sunt, Euphrates, Tigris, Phison, Gehon. At nullius horum est in Mesopotamia ortus, sed Tigris & Euphrates in Armenia suos fontes habent.* Respondent aliqui. In Mesopotamia Tigrin & Euphraten coniungi, *eam confluentiam dici fontem, deinde disiungi, hinc quatuor capita esse, Tigrin & Euphraten supra confluentiam, Phison & Gehon infra.* Hanc Bellarminus refellit, & aduersarius improbat. Neque enim à coniunctione longus est tractus Phisonis, & Gehonis & vno ostio in mare decurrunt. Quanquam aduersarius cum ad tabulas appellat, Caluini sententiam reijcit, ille enim duo ostia distincta ponit: quorum vnum nominat *La cheute Deuphrates, alterum, la cheute de Tigris.*

An in Mesopotamia paradisus.

Tabulæ Caluini & Parei contrariæ.

Responsio vero aduersarij, qua negat

gat maiorem, *quia Moſes non dicit in ipſo paradiſo, fluuium ortum habuiſſe, ſed ex Eden egreſſum ad irrigandum hortum. Eden autem fuiſſe nomen regionis extra paradiſum, orientem verſus, ex Geneſ. 4. 10. colligitur. De diuiſione in quatuor capita hodie non laborandum puto. Quid enim multorum fluuiorum alueis, brachijs, nominibus, inde à diluuio poſt tantam antiquitatem factum ſit, quid in diluuio fieri potuerit, ratio & hiſtoria teſtatur.*

Hæc reſpõſio primò contra aduerſarium eſt. 2. non tollit difficultatem. 3. repugnat ſcripturæ.

Contra aduerſarium. Nam *in regione Eden ait eſſe paradiſum, at Eden eſt Armenia, nam ibi oriuntur illa flumina* 2. Eden hic & 4. Regum eſt eadem regio ſecundum aduerſarium, pag. 112. c. 10. Non ergo probare potuit, aut poteſt, paradiſum eſſe in Meſopotamia. Incertum facit locũ paradiſi.

Non tollit difficultatem. Nam ſi de fluminibus, & alueis non laborat, putatque diluuio, aut vetuſtate, omnia mutata eſſe, non eſt cur ob Euphraten & Tigrin in Meſopotamia paradiſũ collocet

locet

locet. Nã quemadmodũ putat ille Phisonem & Gehonẽ *perisse, aut alio translatos*, ita cuilibet proprium erit regerere Tigrin & Euphraten initio mundi conditi, alio alueo in mare deuolutos, cataclysmo, aut temporũ longæuitate, Mesopotamiam effecisse.

Aduersarii de fluminibus paradisi errata.

Contra scripturã. Quia dicitur, Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ paradisũ, q inde diuiditur in quatuor capit. Inde משם Caluin ait: *Quia ex eo loco diuidebatur, quid hoc sibi vult, nisi ex vno confluxu, vel supra, vel infra paradisum diuisos esse alueos?* At non post illũ confluxum seu ex loco cõfluxus oriuntur capita illa, quorum vnum hoc est, *Tigris vadit contra Assyrios.* c. 2. 14. at Tigris antequã Euphrati misceatur *vadit contra Assyrios*, nõ aũt משם ex eo loco, seu ex confluxu, nisi eosdẽ Euphratis & Tigris fingat esse, aut olim fuisse fontes, at hinc paradisum non in Mesopotamia magis, q̃ in Armenia aut India, maxime si Ganges: aut Ægypto, Æthiopumue terris, si Nilus huc pertinet, esse probabit. Remota ergo ei⁹ cognitio,

gnitio, aut si probabilis sentẽtia de Mesopotamia, alio probãda est argumẽto. *Phison esse Gangen, & Gehon Nilũ, non affirmat ex sua sententia Bellar. sed plurium opinionem esse asserit, quasi vera sit, paradisum non esse in Mesopotamia.*

Obijcit. *Probandũ est aduersario præter Euphraten & Tigrin in Mesopotamia alios fluuios non dari.*

Resp. Imo vero probandũ est tibi in Mesopotam. alios duos fluuios dari. qui egrediantur de Eden. 2. Rigẽt paradisũ in Mesopotam. 3. Digressos ex vno confluxu cũ Tigri & Euphrate. 4. Quorum vnus circumeat oẽm terram Heuilath, c..:: alter omnem terram Æthiopiæ. Hæc flumina nunc nulla sunt, aut ergo aruerunt aut alueos mutarunt. Si dicit Aduersarius: hæc flumina ex Mesopotamia peregre profecta. Subiiciet Bellarminus. Alia duo forte peregre aduenisse. Cur enim ex Mesopotamia in Ægyptum, Indiamque, non ex illis regionibus in Mesopotamiam fluuiorum illa translatio fieri potuit?

Ratio 4. *De aura paradisi, & Mesopota-*

sopotamia diuersâ, argumentum probabile est. Cum cœlorum naturalem cursum eundem, ideoq; mutationes illas, quas nunc experimur supponat Bellarminus, & illi, quos pro sua sententia citauit.

De aura paradisi.

Ratio quinta. *Henoch & Heliam in paradisum translatos esse plurimi sentiunt. At illi in Mesopotamia non fuerunt.*

De Elia & Henoch.

Obijcit. *In Græco non esse paradisum. 2. Patres loqui de paradiso cælesti. 3. Vocat fabulam. 4. Græce legi ὑπόδειγμα pœnitentiæ.*

Resp. ad 1. Cum Patres latini, & græci legerint: in paradisum, retinendam illam lectionem, ideoque recte Concilium Tridentinum, in græco defectum nō additamentum in latino iudicauit. De quo Ribera in Apoc. alii.

Ad 2. Patres *mortali eos corpore esse, forte etiam cibo egere, redituros ad prædicationem, occidendos ab Antichristo censent*: non ergo de paradiso cœlesti loquuntur.

Ad 3. Arrogans, totam antiquitatē, tot sanctos, & eruditos tanquam fabu-

larum

larum sectatores irridere, nullo planè argumento, sed sola nouandi libidine.

Ad 4. Translati sunt, vt sint Exemplum pœnitentiæ gentibus, non manendo in paradiso, sed reditu suo, dè quibus Apoc. 11.3. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.*

CAPVT XIII.

Soluuntur obiectiones.

OBiectio. *Paradisus est in Eden ad Orientem. Eden autem prope Charan. Ezech. 27. 13. Charan, & Chene, & Eden negociatores tui*, 4. *Reg.* 19. 11. *Charan & filios Eden. & Gen. 4.16.*

Respon. Bellarmini. Eden non esse locum vnde sit eiectus Adam. Nam Cain dicitur habitasse ad plagam Orientalem Eden: non autem in paradiso.

Obiectio Aduersarii. *Responsio petit principium. Si Eden significat locum: ergò aut eum, vnde eiectus est Adam: aut det*

sopotamia diuersâ, argumentum probabile est. Cum cœlorum naturalem cursum eundem, ideoq; mutationes illas, quas nunc experimur supponat Bellarminus, & illi, quos pro sua sententia citauit.

De aura paradisi.

Ratio quinta. *Henoch & Heliam in paradisum translatos esse plurimi sentiunt. At illi in Mesopotamia non fuerunt.*

De Elia & Henoch.

Obijcit. *In Græco non esse paradisum. 2. Patres loqui de paradiso cælesti. 3. Vocat fabulam. 4. Græce legi ὑπόδειγμα pœnitentiæ.*

Resp. ad 1. Cum Patres latini, & græci legerint: in paradisum, retinendam illam lectionem, ideoque recte Concilium Tridentinum, in græco defectum nõ additamentum in latino iudicauit. De quo Ribera in Apoc. alii.

Ad 2. Patres *mortali eos corpore esse, forte etiam cibo egere, redituros ad prædicationem, occidendos ab Antichr[illegible] sent*: non ergo de para[illegible] quuntur.

Ad 3. A

larum sectatores irridere, nullo plane argumento, sed sola nouandi libidine.

Ad 4. Translati sunt, vt sint Exemplum pœnitentiæ gentibus, non manendo in paradiso, sed reditu suo, de quibus Apoc.11.3. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.*

CAPVT XIII.

Soluuntur obiectiones.

OBiectio. *Paradisus est in Eden ad Orientem. Eden autem prope Charan. Ezech. 27. 13. Charan, & Chene, & Eden negociatores tui, 4. Reg. 19. 11. Charan & filios Eden. & Gen. 4. 16.*

Respon. Bellarmini. Eden non esse locum vnde [illegible]ctus Adam. Nam Cain dici[illegible] [illegible]sse ad plagam O[illegible]entaler[illegible] [illegible]on a[illegible] in para[illegible]

[illegible]

[illegible]bi[illegible] [illegible]r[illegible] *[illegible]io petit [illegible] [illegible]m : ergo [illegible] : aut det [illegible] Bellar-*

sopotamia diuersâ, argumentum probabile est. Cum cœlorum naturalem cursum eundem, ideoq; mutationes illas, quas nunc experimur supponat Bellarminus, & illi, quos pro sua sententia citauit.

De aura paradisi.

Ratio quinta. *Henoch & Heliam in paradisum translatos esse plurimi sentiunt. At illi in Mesopotamia non fuerunt.*

De Elia & Henoch.

Obijcit. *In Græco non esse paradisum. 2. Patres loqui de paradiso cælesti. 3. Vocat fabulam. 4. Græce legi ὑπόδειγμα pœnitentiæ.*

Resp. ad 1. Cum Patres latini, & græci legerint: in paradisum, retinendam illam lectionem, ideoque recte Concilium Tridentinum, in græco defectum nō additamentum in latino iudicauit. De quo Ribera in Apoc. alii.

Ad 2. Patres *mortali eos corpore esse, forte etiam cibo egere, redituros ad prædicationem, occidendos ab Antich[...] sent*: non ergo de para[...] quuntur.

Ad 3. A[...]

plum pœnitentiæ gentibus, non manendo in paradiso, sed reditu suo, de quibus Apoc.11.3. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.*

CAPVT XIII.

Soluuntur obiectiones.

OBiectio. *Paradisus est in Eden ad Orientem. Eden autem prope Charan. Ezech. 27.13. Charan, & Chene, & Eden negociatores tui*, 4. *Reg.* 19. 11. *Charan & filios Eden. & Gen. 4.16.*

Respon. Bellarmini. Eden non esse locum vnde [illegible] ctus Adam. Nam Cain dici[illegible] sse ad plagam Orientaler[illegible] on a[illegible] in para-[illegible]

[illegible]bi[illegible] rs[illegible] *io petit* [illegible] *m: ergo* [illegible] *: aut det* [illegible] *Bellar-*

sopotamia diuersâ, argumentum probabile est. Cum cœlorum naturalem cursum eundem, ideoq; mutationes illas, quas nunc experimur supponat Bellarminus, & illi, quos pro sua sententia citauit.

De aura paradisi.

Ratio quinta. *Henoch & Heliam in paradisum translatos esse plurimi sentiunt. At illi in Mesopotamia non fuerunt.*

De Elia & Henoch.

Obijcit. *In Græco non esse paradisum.* 2. *Patres loqui de paradiso cælesti.* 3. *Vocat fabulam.* 4. *Græce legi* ὑπόδειγμα *pœnitentiæ.*

Resp. ad 1. Cum Patres latini, & græci legerint: in paradisum, retinendam illam lectionem, ideoque recte Concilium Tridentinum, in græco defectum nō additamentum in latino iudicauit. De quo Ribera in Apoc. alii.

Ad 2. Patres *mortali eos corpore esse, forte etiam cibo egere, redituros ad prædicationem, occidendos ab Antichristo* [illegible] *sent*: non ergo de parad[illegible] quuntur.

Ad 3. A[illegible]

larum sectatores irridere, nullo planè argumento, sed sola nouandi libidine.

Ad 4. Translati sunt, vt sint Exemplum pœnitentiæ gentibus, non manendo in paradiso, sed reditu suo, dè quibus Apoc. 11. 3. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.*

CAPVT XIII.

Soluuntur obiectiones.

OBiectio. *Paradisus est in Eden ad Orientem. Eden autem prope Charan. Ezech. 27. 13. Charan, & Chene, & Eden negociatores tui*, 4. *Reg.* 19. 11. *Charan & filios Eden. & Gen. 4. 16.*

Respon. Bellarmini. Eden non esse locum vnde [illegible]ctus Adam. Nam Cain dici[illegible] sse ad plagam Orientaler[illegible] on a[illegible] in para-

[illegible]bi[illegible] rs[illegible] io petit [illegible] m: ergò [illegible]: aut det [illegible] Bellar-

meus agricola est, vtpote ab illo plantatis. Ex illa plantatione sunt qui in domo Domini plantati sunt, & in atriis Domini florent. Et iterum in propheta, ego plantaui vineã fructiferam totam veram. Et imitator Christi audet ac dicit: cooperarii Dei sumus. Dei agricultura estis. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et iustus assimilatur arbori plantatæ secus decursus aquarum quæ fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Et iustus sicut palma florebit. Et, vineam ex Ægypto transtulisti, eiecisti gẽtes, & plantasti eam. Conare ergo per huiusmodi dogmata paradisi acquirere intellectũ, vt assequâre diuinæ lucis auroram, in qua lux scientiæ oritur, vt intelligas, quomodo plantatus sit paradisus delitiarum. Quod si locum aliquem cogitaueris sanctorũ capacem, in quo omnes, qui in terra bonis operibus resplenduerunt, gratia Dei fruantur, & in vera ac spiritali iucunditate viuant, non aberraueris à decenti de paradiso similitudine. Illic itaq; bonæ quædam virtutes radicatæ ac solidè confirmatæ sunt, ministra sanctorum quibus homo recens natus pluri-

plurimoq; ad perfectionem adiumento opus habens, traditus est. In quo loco cœtus sunt sanctorum, in quo lucis ortus, in quo animæ delitiæ, illic posuit Deus hominem. Si carnalis es, habes descriptionem corporalis paradisi, & delicatissimam saturitatē. Si plurimi facis sensibilium rerum oblectationem, accelera ad illam, in qua delitiæ indesinentes subministrantur. Si spiritalis es, & sublimiora corporalibus delectationibus expetis: ascende animo ad pulchritudinem Angelorum, cognosce in illis Iustitiæ fructus, contemplare fluuium aquis Dei refertum, cuius impetus ciuitatem lætificant, cuius artifex & conditor Deus est. Ciuitatē illam præterfluit fluuius ille Dei, qui ex Eden originem trahit, & paradisum irrigat. His omnibus mente cognitis, glorifica Deum, quoniam illum decet omnis gloria: patrem scilicet, & filium & spiritum sanctum in sæculorum sæcula, Amen.

CAPVT XII.

QVÆST. II.

Quo loco sit Paradisus?

1. *De loco paradisi sententia.*
2. *Diuersa tabulæ Geographicæ.*
3. *An in Mesopotamiâ, an Armeniâ paradisus?*
4. *Tabulæ Caluini, & Parei contrariæ.*
5. *Aduersarius incertum facit locum Paradisi.*
6. *Aduersarii de fluminibus paradisi errata.*
7. *De aura Paradisi.*
8. *De Henoch, & Elia.*

SEntentia Bellarmini. Locum terrestris paradisi, à cognitione humana remotissimum esse.

Quatuor sententias recenset.

1. Quorundam, *totum orbem terrarum paradisum esse*, ita Ioseph l. 1. antiq. *Nam fluuium irrigantem ait esse Oceanum*. Hæc scripturæ repugnat, *docenti hominem è terra extra paradisum creatum, & ex eodem in terram eiectum.*

De loco paradisi sententiæ. 2. Quam Bar Cepha tribuit S. Ephremo. *Esse terram vltra Oceanum nostrâ multo maiorem, eamq; esse paradisum.* Refellit, *quia in ea nec Euphrates, nec Tigris*

gris. Deinde nec omnis terra cingitur Oceano, nec talis est terra vltra Oceanum.

Obiicit aduersarius. *Nostra terra vndique Oceano cincta in tabulis cernitur, & vltra Oceanum, versus polum Antarcticum vastissimi terrarum incognitarum tractus à nauigantibus sunt obseruati.*

Resp. 1. Bellarminianas, & nostrates Hondianas tabulas non omnino conuenire. Illi ad polum arcticum Europam, Americam, & quædam, Asiam connectunt. Ex Asia enim post Cataclysmum in Americam animalia venisse arbitrantur. Hondianæ vt spem septentrionalium nauigationum alant, freta per septentrionem aperiunt. Diuersæ tabulæ Geographicæ.

Resp. 2. Nauigationes etiam Belgicas & Britannicas, cum Diuæ Elisabethæ inscriptos globos, tum serenissimis Ordinibus tabulas, Vastissimos illos ad polum antarcticum tractus terrarum, nostro tamen orbe multo *minores*, non *multo maiores* facere, quod tamen secunda sententia facit.

Porro quod obiicit Bellarminum versione 70. vti. Illâ vtendo, non reij-

cit veterem, sed probabili argumento contra græcos illos, quibus illa versio comunis erat, rem declarat, alias illud, *à principio*, seu vt Hierony. *ab exordio*, etiam πὰς ἀνατολὰς quod est in 70. significare potest. Quemadmodũ quod supra dixit aduersarius: קדם *semper loci, nunquam temporis*: non esse falsum non pōt.

Sententia 3. *Tertiam opinionē* (inquit pag. 121.) *adscribit venerabili Bedæ. Paradisum esse locum quendam sublimem, vsq; ad globum lunæ pertingentem. Hinc vero minime ei Venerabilis est Beda, quia sententiam eius non veneratur, sed veru configit, neq; id iniuriâ, &c.*

Verba Bellarm. *Tribui solet hæc sententia Venerabili Bedæ, sed in eius operibus eam nusquam reperire potui. Extat autem in quadam glossa Brideferti Ramesiensis ad cap. quadragesimum primum, Bedæ de rationibus temporum.*

Pergit. *Conatur tamen excusare, quod auctor videatur vsus hyperbole, ad excellētiā paradisi demonstrandam: quam hyperbolem Basilio, Damasc. Ruperto, eiusdē opinionis sectatorib. etiam adscribit. At simili*

facto

fuco excusaret hyperbolem eorum, qui hodie in ipsa lunâ, montes, syluas, vrbes, populos, insulas, maria comminiscuntur.

Resp. Incredibilem eam altitudinem Bellarminus fatetur, deinde non eidem esse, maximam altitudinem, dicere *pertingere ad cælum, atq; in cælo vrbes, & populos esse*: nã prior hyperbole vsitata scriptorib. profanis & sacris, *qui cælo arces, turres educere, qui Babylonẽ vsque ad cælũ exstrui, clamorem ad cælũ vsq; peruerire asserũt.* 2. Damasc. Ruperti, Basilii verba adeo grandẽ hyperbolem nõ habent. Sublimiorem vocãt, aut altissimum, quę facili negotio defenduntur.

Quarta sententia Eugabini, Oleastri Iansenii, Vatabli, aliorũ: *In Mesopotamiâ aut prope illã esse paradis.* Eadẽ est aduersarii. Bellarminus, eam non probat. 1. *Quia noua.* Obiicit aduersarius. *Sic negaret promontorium bonæ spei, Brasiliam, Americam, Iaponiam, nouam Cemblam.* Verum etsi non est operæ preciũ in re dubia, cum aduersario contendere, cũ vtiliter, & amice hæc disputari etiã inter orthodoxos soleant. Eius tamen ratio nulli⁹ est momẽti. Nam terras incogni-

tas aperuit nauigatio, & experientia; quæ vero classis seu Batauia, seu Britannia delata in paradisum, incognitum hactenus hortum ostendit? Negari ergo potest, donec ostendatur. 2. Deinde ipso *Paradiso oriebatur fluuius, qui deinde diuidebatur in quatuor capita, quorum nomina sunt, Euphrates, Tigris, Phison, Gehon. At nullius horum est in Mesopotamia ortus, sed Tigris & Euphrates in Armenia suos fontes habent.* Respondent aliqui. In Mesopotamia Tigrin & Euphraten coniungi, *eam confluentiam dici fontem, deinde disiungi, hinc quatuor capita esse, Tigrin & Euphraten supra confluentiam, Phison & Gehon infra.* Hanc Bellarminus refellit, & aduersarius improbat. Neque enim a coniunctione longus est tractus Phisonis, & Gehonis & vno ostio in mare decurrunt. Quanquam aduersarius cum ad tabulas appellat, Caluini sententiam reijcit, ille enim duo ostia distincta ponit: quorum vnum nominat *La cheute Deuphrates, alterum, la cheute de Tigris.*

An in Mesopotamia paradisus.

Tabulæ Caluini & Parei contrariæ.

Responsio vero aduersarij, qua negat

gat maiorem, *quia Moses non dicit in ipso paradiso, fluuium ortum habuisse, sed ex Eden egressum ad irrigandum hortum. Eden autem fuisse nomen regionis extra paradisum, orientem versus, ex Genes. 4. 10. colligitur. De diuisione in quatuor capita hodie non laborandum puto. Quid enim multorum fluuiorum alueis, brachijs, nominibus, inde à diluuio post tantam antiquitatem factum sit, quid in diluuio fieri potuerit, ratio & historia testatur.*

Hæc respõsio primò contra aduersarium est. 2. non tollit difficultatem. 3. repugnat scripturæ.

Contra aduersarium. Nam *in regione Eden ait esse paradisum, at Eden est Armenia, nam ibi oriuntur illa flumina* 2. Eden hic & 4. Regum est eadem regio secundum aduersarium, pag. 112. c. 10. Non ergo probare potuit, aut potest, paradisum esse in Mesopotamia. Incertum facit locũ paradisi.

Non tollit difficultatem. Nam si de fluminibus, & alueis non laborat, putatque diluuio, aut vetustate, omnia mutata esse, non est cur ob Euphraten & Tigrin in Mesopotamia paradisũ collocet

locet. Nã quemadmodũ putat ille Phisonem & Gehonẽ *perisse, aut alio translatos*, ita cuilibet promptum erit regerere Tigrin & Euphraten initio mundi conditi, alio alueo in mare deuolutos, cataclysmo, aut temporũ longæuitate, Mesopotamiam effecisse.

Aduersarii de fluminibus paradisi errata.

Contra scripturã. Quia dicitur, Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ paradisũ, q inde diuiditur in quatuor capit. Inde משם Caluin ait: *Quia ex eo loco diuidebatur, quid hoc sibi vult, nisi ex vno confluxu, vel supra, vel infra paradisum diuisos esse alueos?* At non post illũ confluxum seu ex loco cõfluxus oriuntur capita illa, quorum vnum hoc est, *Tigris vadit contra Assyrios.* c. 2. 14. at Tigris antequã Euphrati misceatur *vadit contra Assyrios*, nõ aũt משם ex eo loco, seu ex confluxu, nisi eosdẽ Euphratis & Tigris fingat esse, aut olim fuisse fontes, at hinc paradisum non in Mesopotamia magis, q̃ in Armenia aut India, maxime si Ganges aut Ægypto, Æthiopumue terris, si Nilus huc pertinet, esse probabit. Remota ergo ei⁹ cognitio,

gnitio, aut si probabilis sentẽtia de Mesopotamia, alio probãda est argumẽto. *Phison esse Gangen, & Gehon Nilũ, non affirmat ex sua sententia Bellar. sed plurium opinionem esse asserit, quæ si vera sit, paradisum non esse in Mesopotamia.*

Obijcit. *Probandũ est aduersario præter Euphraten & Tigrin in Mesopotamia alios fluuios non dari.*

Resp. Imo vero probandũ est tibi in Mesopotam. alios duos fluuios dari. qui egrediantur de Eden. 2. Rigẽt paradisũ in Mesopotam. 3. Digressos ex vno confluxu cũ Tigri & Euphrate. 4. Quorum vnus circumeat oẽm terram Heuilath, c.2. 11. alter omnem terram Æthiopiæ. Hæc flumina nunc nulla sunt, aut ergo aruerunt aut alueos mutarunt. Si dicit Aduersarius: hæc flumina ex Mesopotamia peregre profecta. Subiiciet Bellarminus. Alia duo forte peregre aduenisse. Cur enim ex Mesopotamia in Ægyptum, Indiamque, non ex illis regionibus in Mesoporamiam fluuiorum illa translatio fieri potuit?

Ratio 4. *De aura paradisi, & Mesopota-*

sopotamia diuersâ, argumentum probabile est. Cum cœlorum naturalem cursum eundem, ideoq; mutationes illas, quas nunc experimur supponat Bellarminus, & illi, quos pro sua sententia citauit.

De aura paradisi.

Ratio quinta. *Henoch & Heliam in paradisum translatos esse plurimi sentiunt. At illi in Mesopotamia non fuerunt.*

De Elia & Henoch.

Obijcit. *In Græco non esse paradisum. 2. Patres loqui de paradiso cælesti. 3. Vocat fabulam. 4. Græce legi ὑπόδειγμα pænitentiæ.*

Resp. ad 1. Cum Patres latini, & græci legerint: in paradisum, retinendam illam lectionem, ideoque recte Concilium Tridentinum, in græco defectum nō additamentum in latino iudicauit. De quo Ribera in Apoc. alii.

Ad 2. Patres *mortali eos corpore esse, forte etiam cibo egere, redituros ad prædicationem, occidendos ab Antichristo censent*: non ergo de paradiso cœlesti loquuntur.

Ad 3. Arrogans, totam antiquitatē, tot sanctos, & eruditos tanquam fabularum

larum sectatores irridere, nullo planè argumento, sed sola nouandi libidine.

Ad 4. Translati sunt, vt sint Exemplum pœnitentiæ gentibus, non manendo in paradiso, sed reditu suo, dè quibus Apoc. 11. 3. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.*

CAPVT XIII.

Soluuntur obiectiones.

OBiectio. *Paradisus est in Eden ad Orientem. Eden autem prope Charan. Ezech. 27. 13. Charan, & Chene, & Eden negociatores tui, 4. Reg. 19. 11. Charan & filios Eden. & Gen. 4. 16.*

Respon. Bellarmini. Eden non esse locum vnde sit eiectus Adam. Nam Cain dicitur habitasse ad plagam Orientalem Eden: non autem in paradiso.

Obiectio Aduersarii. *Responsio petit principium. Si Eden significat locum: ergò aut eum, vnde eiectus est Adam: aut det*

Bellarminus alium ex scriptura, pag. 127.

Resp. 1. Iam hoc de noua dialectica est: nã in veteri respondēdo principiũ peti non solet, sed argumentando cum id velut certũ sumitur, quod est in cõtrouersia. 2. Bene se ipse refellit. Nam Eden vult *significare locum vnde eiectus est Adam; nec alium à Bellarmino posse dari*, at pag. 123. *Eden autem fuisse, ait, nomē regionis extra paradisum orientē versus. Imo fluuium ait in paradiso non habuisse ortum, sed ex Eden egressum.* Hæc ἀντίφασιν habent. *Eden non significat alium locum, quam eum, vnde eiectus est Adam. Eden est nomen regionis extra paradisum.* Nam locus ex quo eiectus Adam, est paradisus. Hinc illa præclara; *fluuius in Eden est ortus extra paradisum: Eden non est alius locus quam paradisus*, fluuius ergo non est ortus in alio loco, quã paradiso. Corruunt ergo quæ c. 12. pag. 123. fingit. Addo, nuper Eden in Armenia, in Damascena etiam sententia aduersarii, & Caluinianorum esse, an ergo inde eiectus Adam?

Iterum destruit.

Obiect. 2. *In Mesopotamia dicuntur esse*

esse flumina, quæ fuerunt in paradiso. Et regio amœna est.

Resp. Flumina oriri ex paradiso, nõ autem oriuntur ex Mesopotamiâ. Oriri ex Eden aduersarius non negat. At *Eden est locus è quo eiectus est Adam, aut det Pareus alium ex scripturâ.* Ex loco ergo ex quo eiectus Adam oriebantur flumina. Ergo ex paradiso. Verum respondet: pag. 128. *Neq; fluuius dicitur ortus in paradiso, sed in Eden extra paradisum. Vnde Eden vel Armenia ipsa, vel pars Armeniæ esse cognoscitur.* Vbi nunc ergo illa argumentatio? *Si Eden significat locum: Ergo aut eum, vnde eiectus est Adam: aut det Bellarminus alium ex scripturâ.* Gratulor Bellarmino: Dedit aduersarius: Armeniam, aut partem Armeniæ. De amœnitate *infirmum ipse fatetur, At cum argumentis aliis coniuncta, de Euphrate & Tigri, fluuiis paradisi propriis leuis haberi non debet*: Verum illa flumina homini non suffragantur, cum alueos mutare potuisse dicat, & eadem sint etiam in Armeniâ.

CAPVT XIV.

Paradisum adhuc superesse.

REcentiores multi negant, veteres affirmant: inter eos Augustinus indicat ad fidem Christianam pertinere.

Aduersarius 1. reprehendit, *quod timide asserat, & obscure. Vt quibus non est mens conscia recti*, pag. 32. Cur confidenter asseueret, de quo nec ex scriptura, nec ex ratione certò, euidenter constare potest? Initio huius disputationis calumniabatur, Bellarminum ambigua docere pro certis. Nunc cũ dubia non certo affirmat, dicitur *mens eius non conscia recti.*

2. *Probatio* (inquit) *ex Augustino nulla est. Neq; enim dicit pertinere ad fidem Catholicam. Sed fidem Catholicam non dubitare, paradisum esse. Nec nos dubitamus, Paradisum esse. De terrestri paradiso quaeritur. De quo si fides Catholica non dubitat, cur opinionem vocat Bellarminus? Num opinio*

opinio fides Catholica? pag. 233.

Resp. Captiunculam frigidam esse, cum duabus Calumniis. Captiuncula: Augustinum non dicere, *ad fidem Catholicam pertinere, sed eam non dubitare.* An non hoc ad fidem pertinet, de quo fides non dubitat? At Bellarminus lenissime locutus est: *Cum videatur hoc ad fidem Catholicam referre.* Indicans, & horum alium esse posse intellectum.

Calumnia 1. Quod Bellarmino eam sententiam tribuat. Cum ideo dicat opinari se paradisum superesse, quia mouetur auctoritate Augustini ad fidem hoc referentis, celebritas receptę opinionis verbis his indicatur. Non dicit Bellarminus esse ad fidem referendum, multo minus opinionē esse, fidem Catholicam. Sed Augustinum videri ad fidem Catholicam id referre.

Calumnia 2. *Nec nos* (inquit) *dubitamus Paradisū esse, de terrestri quaritur.* An ergo Augustinus de cœlesti paradiso loquitur, cum negat, fidem Catholicam non dubitare? Hoc ex ad-

uersarii responsione sequitur, & tamē non falsum modo, sed mendacium etiam est luculentum. Verba August. l. 2. de pecc. orig: ca. 23. *Longe se aliter habent quæstiones istæ, quas esse præter fidem arbitratur, quam sunt illæ, in quibus salua fide, qua Christiani sumus, aut ignoratur, quid verum sit, aut sententia definitiua suspenditur, aut aliter quam est, humana, & infirma suspicione coniicitur, veluti cum quæritur, qualis vel vbi sit paradisus, vbi Deus constituit hominem, quem formauit ex puluere, cum tamen esse illum paradisum fides Christiana non dubitet.* An ille paradisus cœlestis, vbi Deus constituit hominem?

Pergit aduersarius: pag. 132. *Ista sententia* (qua superesse dicitur paradisus) *non consentanea, sed palam repugnans est scripturæ testanti, diluuii aquis omnem terram fuisse deletam: ideo recedendum hic communi veterum opinione.*

Respon. *Palam repugnans?* Et nemo veterū illud, *Palam* videre potuit? nemo tam perspicacium, tam diligentium, tam prompte pro scripturâ asse-

afferenda mortuorum? Sed hoc *Palam* vltimi temporis lusciosis oculis reseruabatur?

Et quam *Palam? scriptura omnem terram deletam, ait. Paradisus in terra, deletus igitur.* Quid si omnis terra, peccatorum contaminata consortio? Quid, si, vt deleta est terra, & tamen nunc superest terra, ita deletus paradisus vt tamen supersit? An *palam* repugnans scripturæ terram superesse, quia deleta est omnis terra? Mansit terræ suus decor, & fertilitas, manserunt arbores, etiam post diluuium, terra vini, & olei, terra lacte & melle fluens, cur non & paradisus? An terra retinere vim suam potuit, paradisus omnino mutatus est? Floruit ramus oliuæ inter vndas, & herbam animantibus mox terra ipsa protulit à diluuio. Hæc vt vera est, ita altera quoq; solutio scripturæ consentanea, terrã peccatorũ diluuio interisse. Nam Ge. 6. 11. *Corrupta est autem terra corã Deo: & repleta est iniquitate.* Non tamẽ Noe corruptus, nõ paradisus repletus iniquitate.

Cur non ergo, & illa tantum terra deleta esse potuit? Ecce tuum *Palam*. Varia deinde

Obiicit: 1. *Aqua omnes montes superauit: ergo & Paradisum, quia sub cœlo paradisus.*

Resp. Superarit sane, aut impedita fuerit ne ingrederetur, aut si inundauit, non omnia corrupit.

2. *At limo fœdauit.* Esto sane: lætius inde progerminant sata, & arbusta.

3. *Henoch fuit in cœlesti paradiso, non terrestri. Nam Henoch & Helias translati sunt, quidem viuentes in corporibus: Non vero in terrestrem, sed cœlestẽ paradisum, sedem maxime illis congruentem.* Probat ex Irenæo li. 5. c. 7.

Respon. Mirum tam serio hoc affirmare aduersarium, nec aliud, quam vnius Irenæi testimonium adducere, cum Bellarminum agminibus veterum stipatum irrideat, nec vere Irenæum citet.

4. *Si liber diluuio paradisus, quid opus labore, sumptu, in arcæ structura?*

Resp. Vt prædicatio pœnitentiæ in illa

illa molitione tanto esset efficacior. 2. Dei volũtas fuit seruare fragili rate humani generis seminarium, nõ alio modo: poterat in paradiso veteri, poterat in nouo condito: Voluit in arca.

5. pag. 139. *Scriptura dicit Henoch 700. annis ante diluuium trãslatum à terrâ, vt esset cũ Deo. Deus aũt habitat in cœlo. Ergo Henoch in cœlo fuit.* Res. Argumentũ est Vorstianũ. Cũ Deo fuit, ergo in cœlo. 6. *Deniq; Heliam iam venisse ait Matth. 17. 12. Dico ego vobis Eliã iam venisse: & Matt. 11. 14. Si vultis recipere ipse est Elias, qui venturus erat. Dudũ ergo venit Elias: Dudum venit Antichristus in templo Dei sedens, Ecclesiæ Catholicæ dictæ imperans, Pontifex maximus.*

Resp. Hoc scilicet ex illo mendaciorum diluuio expectandum, vt põtifici, quem deuorare nondum potest cum carnib. & ossib. hoc est, interprete Graſero, clericis & sæcularibus Catholicis, malediceret. Nec mirum non enim ille melior patrib. suis, tot Episcopis, Confessorib. martyrib. quos criticus noster pro nugis & fabulis habet. Magnũ ipse

vt dicebat ille, nugamentum. Porro ad Eliã quod attinet: *Elias quidem venturus est*, inquit *Christus*, *& restituet omnia. Venit ergo in Ioanne, in virtute, venturus in personâ.* Et: *ipse est Elias qui venturus est,* ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. *Venit in officio, & effectu,* præstabit id quod in secundo aduentu Elias, si eum vultis recipere. Ita Lucæ 1, 17. Angelus exponit verba Christi, quod in virtute & Spiritu Eliæ venturus sit.

Nam Eliam verum esse venturum satis indicat ipsa Ecclesia vetus etiã Iudæorũ. Argumẽtũ igitur aduersarii friuolum est. Venit officio, effectu, virtute, spiritu Elias præcedens primũ Christi aduentum, non ergo verus Elias veniet ante secũdũ aduẽtũ. Cõsequẽs palã scripturæ repugnãs. Mal. 4. 5 & 6. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres eorum. Dies ille magnus, &* הנורא, *secundum aduentum Domini indicat. Cur Dominum non audimus.* (inquit) Audimus Dominum, non audi-

audimus glossam Caluinianam, venisse Eliam, dicit, si velint recipere. Venturum tamen Eliam, & omnia restituturum. De die iudicii agi docet Aug. li. 2. de c. d. c. 27. 28. 29. & verbis Malachiæ probat. *Imo per eum Iudæos esse credituros, est celeberrimum sermonibus cordibusque fidelium*, inquit, an igitur id sermonibus cordibusque extorquebit glossa noua male cohærens? Verum vt antiquæ Ecclesiæ sensum de Elia, itemq; expositionem locorum Matth. 17. 12. & 11. 14. Mar. 9. 11. Malac. 4. v. 5. & 6. lector agnoscat, adscribam D. Augu. verba. Tract. 4. in Ioã. c. 1. *Christus enim præmittit ante se Heliam, & dixit, non sum, & fecit nobis quæstionem. Timendum est enim ne minus intelligentes contraria putent Ioannem dixisse quam Christus dixit. Quodam in loco cum Dominus IESVS Christus in Euangelio quædam de se diceret, responderunt illi discipuli: Quomodo ergo dicunt scribæ, id est, periti legis, quia Heliam oportet primum venire? Et ait Dominus: Helias iam venit, & fecerunt ei quæ voluerunt: et si vultis scire, ipse est*

Ioannes

Ioannes Baptista. Dominus IESVS Christus dixit, Helias iam venit, & ipse est Ioannes Baptista: Ioannes autem interrogatus sic se confessus est Heliam non esse, quomodo nec Christum esse. Et vtique sicut verum confessus est, Christum se non esse, sic verum confessus est nec Heliam se esse. Quomodo ergo comparabimus dicta praeconis cum dictis iudicis? Absit vt praeco mentiatur: hoc enim loquitur, quod audit à iudice. Quare ergo ille, non sum Helias: & Dominus, ipse est Helias? Quia in eo Dominus IESVS Christus, praefigurare voluit futurum aduentum suum, & hoc dicere, quia in spiritu Heliae erat Ioannes. Et quod erat Ioannes ad primum aduentum, hoc erit Helias ad secundum aduentum. Quomodo duo aduentus iudicis, sic duo praecones. Iudex quidem ipse, praecones autem duo: non duo iudices. Oportebat autem iudicem primo venire iudicandum. Misit ante se primum praeconem, vocauit illum Heliam, quia hoc erit in secundo aduentu Helias, quod in primo Ioannes. Namq; intendat charitas vestra quam verum dicam. Quando conceptus est Ioannes, vel potius quando natus, Spiritus

sanctus

ſanctus hoc de illo homine impleto prophetauit: Et erit, inquit, præcurſor Altiſſimi, in ſpiritu & virtute Heliæ. Non ergo Helias, ſed in ſpiritu & virtute Heliæ. Quid eſt, in ſpiritu & virtute Heliæ? In eodem ſpiritu vice Heliæ. Quare vice Heliæ? Quia quod Helias ſecundo, hoc Ioannes primo aduentu fuit. Recte ergo modo Ioannes propriè reſpondit. Nam DOMINVS figuratè, Helias ipſe eſt Ioannes: Iſte autem, vt dixi, propriè: Non ſum ergo Helias. Si figuram præcurſionis aduertas, Ioannes ipſe eſt Helias: Quod enim ille ad primum aduentum, hoc ille ad ſecundum erit. Si proprietatem perſonæ ininterroges, Ioannes, Ioannes, Helias, Helias. DOMINVS ergo ad præfigurationem rectè, ipſe eſt Helias: Ioannes autem rectè ad proprietatem, non ſum Helias. Nec Ioannes falſum, nec DOMINVS falſum: nec præco falſum, nec iudex falſum, ſed ſi intelligas. Quis autem intelligit? qui imitatus fuerit humilitatem præconis, & cognouerit celſitudinem iudicis. Nihil enim humilius ipſo præcone. Fratres mei, nullum tantum

meritum

meritum Ioannes habuit, quam de ista (ipsa) humilitate, quod cum posset fallere homines, & putari CHRISTVS, & haberi pro CHRISTO (tanta enim gratia tantaque excellentia fuit) confessus est tamen apertè & dixit: Non sum ego CHRISTVS. Nunquid tu Helias es? Iam si diceret, Helias sum; ergo iam in secundo aduentu aduenicns CHRISTVS iudicaret, non adhuc in primo iudicaretur. Tanquam dicens: Venturus est (adhuc) & Helias. Non sum, inquit Helias: sed obseruate humilem, ante quem venit Ioannes, ne sentiatis excelsum ante quem venturus est Helias. Nam & DOMINVS ita compleuit. Ipse est Ioannes Baptista qui venturus est. Ipsa præfiguratione venit iste, qua proprietate venturus est Helias. Tunc Helias per proprietatem Helias erit, nunc per similitudinem Ioannes Helias erat. Modo Ioannes per proprietatem Ioannes est, tunc per similitudinem Helias Ioannes erit. Ambo præcones sibi dederunt similitudines suas, & tenuerunt proprietates suas: Vnus autem DO-

DOMINVS iudex, siue illo præcone præcedente, siue illo.

CAPVT XV.

In paradiso non solum homines in statu innocentiæ, sed etiam animantia rationis expertia habitatura fuisse.

1. *Aduersarius Caluini, & suorum versiones damnat.*
2. *Quid de animalibus alii Caluinistarum.*
3. *Quæstionem de habitatione animalium futura, non esse impiam.*
4. *Fuisse futura animalia in paradiso, si Adam non peccasset, ostenditur.*
5. *Arbor vitæ sacramentum.*

IOan. Damascen. li. 2. de fide, c. 11. alii, negant. Aug. l. 4. de c. d. c. 11. Basilius hom. de paradiso affirmat hunc sequitur Bellarm. Ratio eius, *quia ad ornamentum pertinet paradisi terram bestias, aquam pisces alere, in aere ludere auiculas. Probabile igitur futurum ita fuisse.*

Ad-

Aduersari⁹ duas distinguit quæstiones. prior: *An bruta animantia cum Adamo in paradiso fuerint? Et: an bruta cum homine in statu innocentiæ in paradiso habitatura fuissent? Prior est textualis:* (inquit) *non obscura, quia Moses aperte habet, Deum homini in paradisum locatô, uniuersa animantia adduxisse, vt videret, nomina inderet, suo subÿceret imperio, ergo ad hominē adduxit in paradisum. Alterā, ait, non esse textualem. 2. Theologicam, sed curiosam: quia est de eo, quod per consiliū Dei euentu reuelatū, fieri nec potuit, nec debuit. Talia aūt definiri velle est curiosū, imo impiū.* (pag. 144. & pag. 145. ait) *esse ex stultis & ineruditis quæstionib. indignā quæ à se tractetur. August. illam textualem definire, non illam Bellarmini curiosam.*

Aduersarius Caluinū & suorum versiones damnat.

Resp. Prior textualis, vt vocat, *non habetur aperte in Mose*, si aduersarii Patriarchā Caluinū consulamus: Eius versio: *Formauerat aūt Iehoua Deus è terra omnē bestiā agri, & omne volatile cœli: & adduxerat ad Adā, vt videret, quomodo vocaret illud. Adduxerat*, optime ītelligi pōt, id factū, eo tēpore quo *formauerat*, hoc est

extra

extra paradisum, nã illud *formauerat*, & *adduxerat*, necessario indicant narrationis ὑστέρωσιν. Si ergo *aperte id dixit Moses*, deprauauit ergo eum Caluinus, cuius ex versione nullo modo dixisse, imo contrarium dixisse colligitur. Multo etiam magis Iun. & Trem. *Quum formauisset, &c.* Et *adduxisset*, Ecce quod nostro *aperte dixit Moses*, illis nõ dixit. Nam in explicatione horũ verborum v. 18. *dixerat autem Iehoua &c.* ita habent. *Nempe ante quam hominem in hortum introduceret, fructusq; arboris illius ipsi interdiceret. Hæc autem vt ita accipiamus, faciunt duo maxime: Tum quod singulas animantes Adamo Deus dicitur adduxisse v. 19. quæ certe in hortũ minime intromissæ sunt.* Noster ergo: *aperte dicit Moses intromissas*, Iun: cum Socio. *Certe in hortum minime sunt intromissæ.* Frontem hominis. Coniicit Bellarminus *probabiliter, animalia futura fuisse in paradiso*: Clamat: *curiosam, impiam, indignam tractatione quæstionẽ.* At ipse definit: aperte dixisse Mosen, quod eius versionibus repugnat. At

Quid de animalibus alii Caluinistarum?

hoc impium potius est, affirmare *id aperte Mosen dicere* q; si tuis consentias, *dubie dixit, aut non dixit.* Saltem si Bellarmini definitio impia, negare nō potes Caluini versionem magis esse impiam. Imo definitionem Iun. & Trem. Nam *certe* (aiunt) *minime factum, quod aperte factum asserit Moses.* Tecum tamē sentio inducta fuisse in paradisum, sed id ꝓbari non posse, nisi correctis, ex veteri, Caluinisticis versionibus, quas etiam 70. cum scripsêre, ἔπλασεν, & ἤγαγεν, redarguunt. Hæc de primâ quæstione textuali. At quomodo probat alteram impiam?

Quæstionem hanc non esse impiam.

Quæstio quæ est de eo, quod per Dei consilium, euentu reuelatū fieri, nec potuit, nec debuit, curiosa est, imo impia: at hæc quæstio de talibus est: Ergo.

Quod si obiicias: *Poterat homo non peccare, imo non debuit peccare, debuit in paradiso manere.*

Resp. pag. 145. *Disposuerat Deus propter gloriā suam, vt aliter nō eueniret, quā euenit.* Itaq; hoc euentu reuelatum est, aliter, fieri nec potuisse, nec debuisse.

Hoc

Hoc iã vere impium eſt. Qui ſuo conſilio, propter gloriã ſuã, ita diſponit res hominis innocentis, vt nec potuerit, nec debuerit aliter euenire, quin homo laberetur, & vt re ipſa ſic eueniret: ille ſuo conſilio, abſolute voluit peccatũ. Deinde hominẽ fecit talẽ, vt abſolute non poſſet nõ peccare, auctor eſt peccati: Deus hoc fecit. Hoc eſt illud grande impietatis arcanũ, de quo Lutherani à pag. 506. in Colloq. Mompel. Nã theſes, vnde hoc argumentum noſter deſcripſit, ſunt iſtæ. Quarta: *Adamũ ſponte quidẽ ſed tamen non modo præſciente, ſed etiã iuſte ordinãte & decernẽte Deo, in iſtas calamitates prolapſum eſſe*, & 8. *ideo præſciuiſſe, quia ſic ordinauerit*, & 9. *Adamũ non potuiſſe, niſi ex Dei decreto, & ordinatione labi*, & 10. *oportuiſſe hominẽ puritate, & integritate ſua excidere*. Hinc illi toties: *Horrendũ auditu, & abominandũ ingeminant*, pag. 511. & ſeq. *Si enim* (inquiunt pag. 520) *non potuit Adã labi, niſi Deus ſic decreuiſſet, & ordinaſſet, vt labi eũ oportuerit: quomodo voluntas Dei lapſus eius cauſa non aperte à vobis conſtituitur?*

Impietas in Deum.

Felix igitur etiam hac tamen parte Bellarminus, vt cui impietatis nota, sine tam grandi impietate non possit inuri.

Deniq; quænam impietas hac in re cerni potest?

Hypothetica propositio est. *Si non peccasset, in paradiso mansisset, & forsitan cum eo animantia rationis expertia.* Si illa impia est, ergo & hæc: *si non peccasset, non fuisset moriturus*, quam nobiscum aduersarius etsi non tuetur, asserit tamen, negare non ausus. Ratio eadem vtrinq;. *Nam nec debuit, nec potuit, Deo aliter disponente euenire, ne moreretur. Si Christus*, inquit Beza, *non fuisset Deus, æternum in execratione permansisset.* At nō potuit, non debuit non esse Deus, an ergo & impiè Beza?

Obiectio 2. pag. 145. *Ex scriptura nihil habet. Hominum auctoritatibus ludit, vt pueri Astragalis, quo se vertat nescius Tantum ei sic videtur.*

Fuisse animalia futura in paradiso ostenditur.

Resp. Plane *sic videtur*, nam infirmitatis humanæ est coniectura, non ait: *aperte hoc Moses dicit.* Non: *Certe mi-*

nime

nime dicit? Hæreticæ ſunt illa confidentiloquentiæ, non modeſtiæ Catholicæ. Omnia in hac quæſtione ſaluá fide diſputantur.

Obiectio. 3. *Auguſtinus tantum fuiſſe animalia in paradiſo, non futura fuiſſe, ſi non peccaſſet.*

Reſpon. *Verſata ait ibi innoxia animalia, ex quibus Diabolus ſerpentem elegerit*, ſtatum eum indicans, qui animalia admitteret, ac deinde eiſdem cibos, latebraſq; fuiſſe, eadem ratio manifeſtum facit. Nam ſi in fluminibus illis extra hortum piſces fuêre, cur nõ vel deſcenderent, aut aſcenderent in partem eam fluminum, quæ horto cõtinebantur? an catarractas Deus fecit? an miraculo, & piſces, & aues continuit? An cum omnis terra produceret, animalia, & aquæ piſces, Gene. 1. 20. & 24. ſola infœcunda nobilium partuũ, fuit terra omnium nobiliſſima? Cæterarum terrarum ornamenta erant animalia, cur non & paradiſiacæ? Nec ad rem facit, *quod hominum Dominium etiã extra paradiſum voluiſſe*

ait, verum est. Non opus erat, hominem, si quid mandato opus esset, exire paradiso, quærere animalia, sed ad manum, & ad imperium aderant, non modo cum adducta fuêre à Deo, verum & postea iam ociose cum serpente Eua loquitur, sane nosse illa poterat animalibus esse vetitum ingressum in paradisum, anguem mox imperio exigere, si Caluiniana fuisset. Quod si miraculo in paradisum illa Deus non adduxit, serpens ergo vel ibi natus, vel sponte ingressus, argumento fuit quid deinceps futurum esset, si Adam non peccasset.

Arbor vitæ sacramentum.

Tandem subiicit: *Augustinus arborē vitæ vocat sacramentum, non quod vi sua immortalitatem edentibus infunderet: sed quod homini esset symbolum vitæ immortalis à Deo acceptæ & perpetuandæ.*

Resp. Hoc falsum esse docet Augustinus, etsi enim illi sapientiæ spiritalis concedat significationem, tamen etiam vim conferendæ immortalitatis agnoscit, l. 8. de gen. ad literam, vt indicant verba à Bellarmino citata.

Ex

Ex cæteris quæstionibus, de quibus reprehendis Scholasticos, plerasq; tractat Augustinus, Tom. 1. 23. & Tom. 3. 252. & 7. 340. lib. 8. de gen. ad literum.

CAPVT XVI.

HOc capite Solũ in eo errat: quod duas sententias in vnum conflat. Nam 1. Cherubin horribiles animalium formas, altera hominis laruam facit.

CAPVT XVII.

Cur diceretur lignum quoddam arbor scientiæ boni, & mali?

1. *Arbor scientiæ vim dandæ sapientiæ non habuit.*
2. *Sed ex ea experientia malorum est consecuta.*
3. *Bellarminus recte interpretatur Iosephum.*
4. *Aduersarius Iosephi verba perperam accipit.*
5. *Negat Iosephum id dicere, quod expressa eius verba continent.*

Arbor scientiæ non habuit vim tantæ sapientiæ.

EST alia quæstio de ligno scientiæ boni, & mali. Vnde videlicet ea arbor hoc nomen habuerit. Iosephus lib. 1. antiquit. cap. 2. scribit eam arborem vim habuisse acuendi ingenium, ac prudentiam augendi: quam sententiam sequuti videntur hæretici illi, qui à Tertulliano de præscript. hæreticorum. Et ab Epiphanio hær. 37. dicuntur Ophitæ, qui pro Christo serpentē colunt, quod hominibus auctor fuerit adipiscendi scientiam, cum esum ligni vetiti persuasit. Ioa. Damasc. lib. 2. de fide, cap. 11. docet, arborem illam, lignum scientiæ appellatam, quod adferret cognitionem propriæ naturæ. Eam vero cognitionem adultis, & perfectis vtilem esse, imperfectis autem, & ad concupiscentiam pronis, inutilē, & noxiam, & ideo prohibitum fuisse Adamo adhuc imperfecto existenti, ne arborem illam contingeret.

Sed hæc improbabilia sunt. Nam nec Deus prohibuisset hominibus arborem, quæ prudentiam augeret, ac per hoc vtilissima illis esset: neq; Adam

eo

eo tempore rudis, & imperfectus erat, ſed perfectus & ſapiens, quippe qui nomina omnibus animantibus impoſuit: neque naturam ſuam ignorare potuit, qui naturas omnium nouerat.

Vera igitur ſententia eſt, lignum ſcientiæ boni, & mali, ſic appellatũ, quod guſtatum, ob inobedientiæ culpam multa mala adferret, ac per hoc homines experiendo diſcerent diſcrimen boni & mali; quod antea ſola contemplatione didicerant. Ita docet ſanctus Auguſtinus lib. 14. ciu. cap. 17. & lib. 8. Geneſ. cap. 6. ſanctus Cyrillus lib. 3. in Iulianum. Theodoretus quæſt. 26. in Geneſ. & Eucherius lib. 1. in Geneſ. &c.

Ex arbore ſcientiæ ſecu a eſt ex petrintia malorum.

Primo accuſat Bellarminum, quod neutram ſententiam ingenue referat: pag. 151. *Ioſephus non dicit, arbori acuminis & cogitandi vim ineſſe; ſed:* τὸ γὰρ φυτὸν ὀξύτητος, καὶ διανοίας ὑπῆρχεν, *arbor erat acuminis & rationis, Etymon expreſſit, Moſen ſecutus: rationem Etymi non magis, quam Moſes.*

Reſp. 1. Quanquam in referenda ſentẽtia Ioſephi poſſit error eſſe Bellarmini,

Bellarm. recte interpretatus eſt Ioſephũ.

mini, qui tamen nullus, non tamen ideo nō ingenue refert, quod legit. Nam latina versio habet: *Arbori enim acuminis, & cogitandi vis aderat.* Ita non modo antiquiores græca verba intellexerunt, sed habet recens editio Iacobi Stoer, *ex græcorum codicum accurata collatione* latine expressa, Sigismundo Gelenio interprete. Omnium ergo interpretum ope defendi Bellarminus potest, vt constet non ingenue, sed vere etiam sententiam retulisse.

Res. Phrasis græca id indicat. Nā in his εἶναι τοῦ τρόπου τούτου, εἶναι ἑαυτοῦ, πλούτου εἶναι ὑβρίζειν. Et Pauli 10. Heb. v. 39. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν ἀλλὰ πίστεως: eum morem habere, sui iuris esse, diuitiarū esse iniuriā inferre, & Apostol. Nos non sumus qui subducamus: sed qui credamus: genitiuus ille cū ἐστὶ significat vim aliquam rei formaliter, vel κατ' ἐνέργειαν, effectiue, conuenientem.

Recte ergo Iosephum, & illi, & Bellarminus vertit, imperite aduersarius. Nam eodem modo vtuntur verbo ὑπάρχειν, sic ὑπάρχειν ἐλευθερίας,

τοῦ

τοῦ καθήκοντος sic τῆς ὀξύτητος, &c. dixit Iosephus.

Resp. 3. Hanc mentem Iosephi contextus indicat: ita enim habet. Καὶ συνίεσαν ἑαυτῶν ἤδη γεγυμνωμένων, καὶ σκέπην ἑαυτοῖς ὑπενόουν, τὸ γὰρ φυτὸν, &c. *Intelligebant se nudatos, & de tegumento sibi dispiciebant, nam arbori inerat vis acuminis, &c.* Ratio intelligentiæ nouæ redditur, quia arbor eam vim habuit, ideo intelligebant, quia *arbor erat intelligentiæ, non ratione Etymi,* sed efficaciæ. Verum quid opus habet Bellar. bene cōtra imperitū aduersariū defendi, cum Ioseph. aperte dicat, quod Bellar. & aduersariū conuincat calumniæ. Verba eius eodē capite. φησὶν δὲ (Moses) τὸν θεὸν καὶ παράδεισον πρὸς τὴν ἀνατολὴν καταφυτεῦσαι παντοίῳ τεθηλότι φυτῷ, ἐν τούτοις δὲ εἶναι, καὶ τῆς ζωῆς τὸ φυτὸν καὶ ἄλλο τὸ τῆς φρονήσεως, ᾧ διαγινώσκεται τί ποτε εἴη τὸ ἀγαθὸν, καὶ τί τὸ κακόν. *Narrat præterea Deum hortum ad orientem plantasse, omni virenti plantâ, & in his fuisse arborē vitæ, & aliam scientiæ, per quam dignosceretur bonum à malo.* Habes & græca, & tuorum versionem, quos vbi instruxeris, cōuerte te ad Bellarmino maledicēdū.

Aduersarius deprauat mentē Iosephi.

Iosephus aperte indicat vim acuminis fuisse in arbore.

Eadem

Eadem ſententia Damaſceni, & verborum ſignificatio. Quia Bellarminũ de Etymo arboris vitæ, reprehendere non auſus eſt, impetum facit in Rupertum, & Pererium, quod nomen arbori ex euentu impoſitum dicunt (pag. 151.) cum tamen ipſe ex euentu impoſitum dixerit (pag. 152.) Ratio qua Pereriũ redarguit. *Quis enim crediderit, Deum arbori nobiliſſimæ nomen indere voluiſſe ab eo, quod facturus, & mendacio dicturus erat diabolus?* At (pag. 152.) *nomen impoſitum* ait *ab euentu, quem Deus hoc arboris Etymo præſignificauit, ſi homo ab ea non abſtineret.* Nonne inferre licebit non recte quidem, ſed errore tamen ſimili. Quis crediderit Deum arbori nobiliſſimæ nomen indere voluiſſe ab eo, quod facturus Adam? Verum quicquid de ſententia ſit ſentiẽdum, argumento leui Pererium oppugnat.

CAP.

CAPVT XVIII.

Lignum vitæ perfectam immortalitatem adferre potuisse.

1. *Arbor vitæ non solum est symbolum immortalitatis.*
2. *De illa sententia Augustini.*
3. *Aduersarius argumentando sua principia euertit.*
4. *Ex arbore vitæ probatur: esse potuisse homini integro aliquid supernaturale.*
5. *Deprauatio scripturæ, Gen 3 22 ostensa.*
6. *Blasphema Caluinistæ disputatio.*

DVplex sententia. 1. Augustini, & scholasticorum. *Vim ligni vitæ contra senium valere, restauratione humidi, quod actione natiui caloris amittitur.*

Altera multorũ patrũ: *Eã vim fuisse, vt semel gustatum perfectam adferret immortalitatẽ, ideo non ante sumendum, quã transferentur in statum gloriæ.* Hanc amplectitur Bellarminus. *Quia dixit Deus, ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno*

ligno vitæ, & viuat in æternum. 2. *Cum in miseria plus nongentos annos vixerint, sine arboris illius adiutorio, diutius ergo poterant sine ea in sua felicitate agere, nec credibile adeo longum tempus viæ datum hominibus, quod Angelis fuit breuissimum.* Hæc Bellarminus vtramque sententiam probabilem professus. Aduersarius varie cauillatur primo. *Quæstionem texualē alias, dum à Bellar. tractatur fieri curiosam, quia verisimilius est* (inquit pag. 155.) *à sacramentali significatione sic appellatam.*

Arbor vitę immortalitatem nō tantum significabat.

Resp. Patrum sentētiæ hoc omnino repugnare, non minus aūt curiosa illa de sacramentali significatione, quam de efficacia tractatio, si hæc curiosa esset. 2. Si hac in re curiositas, iam veteres omnes eâ culpâ tenerentur. 3. Cur verisimilior illa sacramētalis significatio? an quia Caluino ita visum? scriptura enim nusquam dicit, significationem esse sacramentalem. At Augustinum etiam suæ sententiæ facit, quia dixerit in illa arbore, *esse immortalitatis sacramētū. ideo mortem repulisse, quacunque ex causa*

sa prouenire potuerit, *solum autem symbolum fuisse*.

Augustinum igitur audiamus. *Cibus aderat, ne esuriret: potus, ne sitiret: Lignum vitæ, ne illum senecta dissolueret: Nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore, vllas molestias, vllis eius sensib. ingerebat.* Non ait hoc postremũ ex ligno vitæ esse, sed prius, *vt cibus famem, potus sitim, ita arbor vitæ senectã auferabat*. Sacramentum erat; quia inspiratione occultâ sacramẽtum efficax, magno mysterio. Mirum eos ex voce *sacramẽtali*, fabricare *sacramentum proprie dictum*, cum esse sacramentum negent id, quod Paulus dixit, *esse magnum sacramentum*. De arbore vitæ sentẽtia August.

2. Aug. l. 6. Gen. c. 25. *Præstabatur ei de ligno vitæ.* Non dicit, *symbolum erat lignum vitæ*, *ab eo ligno separatus mortalis factus*. Et li. 8. c. 5. *Per lignum, tanquam sacramento significatam sapientiam.* Non tamen negat, verum cibum, & efficacem de ligno fuisse, sicut neq; nuptiale vinculum, verum definit esse matrimonium, etsi addita sit sacramentalis significatio.

Et

Et lib. 1. de peccat. merit. & rem. cap. 3. *Habebat enim quantum existimo, & de lignorum fructibus refectionem, & de ligno vitæ stabilitatem contra vetustatẽ.* Et ca. 20. 13. de ciuit. *Lignum vitæ præstitisse illum statũ*, non symbolum fuisse. *De ligno vitæ propterea gustabatur, ne mors vndecunque subreperet.* de morbis, & interna intemperie accipiendum vel senectute, &c.

Aduersarius argumẽtando sua principia euertit.

Contra Bellarminum adfert rationem Scoti, pag. 157. *Finita potentia non habet efficaciam infinitam, potentia arboris vitæ fuit finita: quia arbor vitæ ipsa finita. Nihil finitum capax potentiæ infinitæ, Ergo non potuit immortalitatem infinitam adferre.*

Resp. Ratio Scoti etsi in speciem videatur probabilis, non tamen solida est, & aduersarii discursum penitus euertit. Non solida: quia solis lumen perpetuum terræ calorem cõferre potest, nec tamen vim calfaciendi habet infinitam, perpetuæ efficientiæ non est opus vi infinita, sed semper durante, durare vero potest & finitum.

Euertit

Euertit Aduersarium. Nam immortalitatem concedit fuisse homini concedendam vigore animæ immortalis vitam perennem mortali corpori inspirantis, at anima non est virtutis infinitæ.

Deinde rationem Pererii. *Post hanc vitam homo habuisset immortalitatem ex ipsa translatione ad gloriam, non ergo ex arbore vitæ.* At negaret consequentiã Bellarminus, nam hoc ipso quod de arbore vitæ vesceretur munitus immortalitate ad gloriæ statum transferretur. Verum & hoc argumentum est contra Aduersarium. Nam si in statu quo conditus fuit, opus habuit arbore vitæ, ne moreretur, post non eguit. Ergo posterior status erat supra naturam prioris, potuit ergo illi homini dari aliquid supra eius naturã, quod supra aduersarius negauit.

Ex arbore vitæ probatur, esse potuisse homini integro aliquid supernaturale.

Tertio. Posterior pars, salua patrum auctoritate magis falsa, absurda est. Si enim arbor vitæ hominem peccatorem fecisset immortalem in miseria & morte: vtiq; non arbor vitæ, sed arbor mortis, vel

non arbor vitæ Beatæ, cuius symbolum erat data, sed arbor vitæ miseræ fuisset, ad quam nequaquam fuit posita.

Respon. Non esset arbor mortis, quia vitam continuaret, miseria vitæ ex culpa non arbore ortum duceret. Bonum esset, quæ ex arbore immortalitas, malum, quæ ex peccato miseria.

Quarto. Verba Gen. 3. 22. *Ne forte mittat manum suam, & comedat de arbore vitæ, & viuat in æternum.* Sic interpretatur ex Caluino. Iun: Trem. *Ne conetur contra Dei sententiam esu arboris vitæ vitam sibi extendere, neue cogitet: quid moror Dei iudicium? Viuam ex hac arbore, nolit, velit Deus, sic denuo peccasset homo contumacia in Deum: quod ne fieret, dixit Deus: Ne forte mittat manũ: & comedat: Vt viuat in æternum, supple, eiiciendus est.*

Deprauatio scripturæ Gen. 3. 22.

Respon. Interpretatio illa leuissima textus immutatione, & quæ incautas aures prætervolet, nititur, posito pro &, particulâ, Vt. quasi non ו, aut καὶ scriberetur in Hebræo, & Græco. Nec tamen

tamen etiam isto falsi crimine scopum attingit.

Non enim dicit: *Conetur*, sed *extendat*, nec *viuere conetur*, sed *viuat*.

Nunc confirmationem nouæ interpretationis, sed improbam audiamus. *Hunc & non alium sensum esse patet: Quia alioqui dicendum, Deum homini vitæ prorogationem vel immortalitatem ex arbore vitæ inuidisse.*

Ratio sic formanda est: *Si Deus hominem priuauit arbore vitæ, ne esset immortalis, non autem ideo, ne contumacia iterum peccaret, immortalitatem illi inuidisset, sed non inuidit, igitur.* Blasphema disputatio Aduersarii.

Resp. Maior blasphema est. Nam Deus hominem non modo immortalitate, sed aliis donis priuauit, non tamen inuidus. Quotidie multos vita temporaria, & æterna priuat, nulla inuidia, sed æquissima iustitia. At hi merentur. Adamus etiam vt priuaretur immortalitate, peccato meritus est. Imo Caluinistarum reprobi sine vllo, ad vllum vel minimum peccatum respectu, à Deo priuantur gratia, & glo-

ria. An ergo hic agnoſcunt Deum inuidum, ſi non eſt inuidus, qui ſolo arbitrio ſuo creaturam ad tam grandia mala deſtinat, quomodo inuidus, qui merenti debitam pœnam imponit? An iudex punire ſontes ſine inuidia poteſt? Deus non poteſt?

Poſtremum caput intactum Aduerſarius reliquit, itaq; hoc ſolum, nec calumniis eius, nec cauillis obnoxium, deſcribamus.

CAPVT XIX.

Soluuntur obiectiones.

OBiiciunt quidam primo, Lignum vitæ fuiſſe in medio Paradiſi, & per hoc notum, & in promptu; ex quo ſequi videtur, vt Adam pro arbitrio potuerit de fructu eius ſumere, quocunq; tempore vellet, præſertim cum non fuiſſet illi interdicta vlla arbor præter arborem ſcientiæ boni & mali, imò è contrario imperatum, vt de omni ligno veſceretur. Non igitur ſemel tantum,

tantum, idq; sub finem status illius gustandum fuerat lignum vitæ.

Secundo obiiciunt; non fuisse transferendos homines ad vitam simpliciter beatam, & immortalem, nisi post impletũ numerum electorum: interea verò opus fuisse remedio aliquo aduersus mortem, & senectutem: neq; aliud fingi posse, cui hoc tribuatur præter lignum vitæ.

Respondet ad primum, Rupertus loco citato. Neq; Adamum, neq; etiam ipsum dæmonem sciuisse vbi esset lignum vitæ, alioqui sicut persuaserat illi satan vt comederet de ligno scientiæ, vt faceret eum miserũ sic etiam persuasurum fuisse vt comederet di ligno vitæ, vt faceret perpetuo miserum. Et idcirco addit Rupertus (vt supra notauimus) dictum esse à Deo, ne forte sumat de ligno vitæ, quia poterat fieri vt casu incideret Adam in arborem vitæ, licet vbi esset, ignoraret.

Possumus etiam respondere sciuisse Adamum vbi esset lignum vitæ, sed non fuisse de illo sumpturum, nisi suo tempore, id est, cum esset transferendus de statu gratiæ ad statum gloriæ. Neq; enim ignorabat Adam

se aliquando ad statum longe sublimiorem euehendum, & tunc fore tempus sumēdi de ligno vitæ; & simul sciebat parum prodesse immmortalitatē sine beatitudine, neq; erat curiosus, nec aliqua stimulabatur concupiscentia mala gustandi aliquid ante tempus. Itaq; abstinuisset se ab eo cibo vsq; ad præfinitum tempus, & sic præceptum illud impleuisset. De omni ligno, quod est in paradiso, comede, suo tempore videlicet, neq; enim oportebat eum vno die fructus omnium arborum degustare. At post lapsum factus erat intemperans, & curiosus, & periculū erat ne in suam perniciem sumeret lignum vitæ, ideo iustissimo, & ipsi homini vtilissimo Dei consilio de paradiso fuit eiectus.

Ad secundam obiectionem respondeo, non esse vsq; adeò certum, vtrum, si Adam non peccasset, omnes simul electi transferendi fuissent vno eodemq; tempore ad beatā vitam, an vero alii post alios; ita vt filii parētibus in statu innocentiæ succederēt, & qui priores in hanc vitam intrarent, priores etiam ad aliā peruenirent. Sanctus enim August. in lib. 9. de Genes. ad literā, cap. 6. quæstionem hāc mouet, & insolutam relinquit.

Itaq;

Itaq; probabile est tempus meriti fuisse futurum certo aliquo annorum numero definitum, vt 50. vel 100. annorum, & vt quis eum terminum attigisset, & toto eo tempore in bonis operibus perdurasset, ad æternam gloriam transferendum: Quemadmodum hoc tempore non expectant animæ sanctæ, vt impleatur numerus electorum, sed quæ prius absoluunt tempus peregrinationis & viæ, eæ prius ad patriã & gloriã euehuntur.

Quod si etiam demus, debuisse impleri numerum electorum, antequam vllus de statu innocentiæ ad statum gloriæ transmigraret, non tamen ideo cogemus tempus illud meriti & viæ in longum sic extendere, vt necessarius fuerit vsus ligni vitæ ante finem communis, & vniuersalis translationis. Atq; hæc de paradiso pro instituti nostri ratione sufficiant. Quia vero nõ ita pridem in lucem prodierũt disputationes eiusdem augumẽti à Benedicto Pererio in commentariis in Genes. & à Gregorio de Valentia in primam S. Thomæ, editæ, quæ præclare & accuratissimæ esse dicuntur: Lectorem admonendum censeo, hæc nostra qualiacunq; sunt ante multos annos scripta, & auditori-

bus

bus in scholis tradita fuisse: neq; mihi vnquam libros doctissimorum illorum Theologorum ordinis mei, euoluere per ocium licuisse.

Audisti hactenus Christiane Lector Reuerendissimum atq; Illustrissimum Bellarminum vera docētem, Collegii Antibellarminiani, quod est Heidelbergæ, præsultorem summâ confidentiâ nullo argumento contradicentem; Ingenium hæreseos hoc est, quæ nusquam immigrat, nisi vnde pudor excessit. Verū de his tuum esto iudicium. Ego quoniam hic suo vterq; libro finem imponit, meæ quoq; defensioni metam statuo, Deum precatus, vt aduersario meliorem mentem, aut si illa obdurata manet, cæteris cauendi voluntatem, & prudentiam largiri dignetur: vt omnes vnanimes, vno ore Dominum glorificemus. Cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

FINIS.

